~~G: f: 47.~~
G. f. 47

A.A. 6. 23.

~~d a 35~~

EPITOME

HISTORICA

VITÆ MONASTICÆ MAGNI ANTISTITIS Auguſtini, inſtitutionis ſacræ Eremitarum familiæ, antiquitatis & continuationis eiuſdem.

AVCTORE.

R. P. Fratre Ioanne Gonſalez de Critana Eremita Auguſtinenſi, ex Hiſpanico idiomate in latinum verſa per F. G. A. D. eiuſdem Ordinis religioſum.



ANTVERPIAE,
Apud Hieronymum Verduſſen.
M. DC. XII.

Cum Gratia & Priuilegio.

DEDICATORIA.

Admodum Reuerendo P. Magiſtro Patri Cornelio de Bije, ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, Prouinciarum Hiberniæ, Scotiæ, Angliæ, &c. Vicario Generali S. P. P.

CVM mei in te debiti, adfectuſque rationes expendo, Reuerende admodum Pater, arctor impeditè, nec me expedire valeo, ni debitum cum adfectu, & adfectum cum debito compoſuerim; vt ſic ingens animus exiguum quod reddo, amplificet, ſi tu exile illud adfectu,

non re-ipſâ metiare: ſat reddidero, ſat donauero, ſi cum reculâ, animum: tuæ erit humanitatis remittere, quod minus. Quid minus? ſanè multa, ſi rem ipſam expenderis, quæ quamvis non à meâ mente & ingenio, & nil præter ſtylum admouerim, ex ſe tamen magna, & hanc rem magnã, magno adfectu Magno Patri adfero, ceu clientes Principibus, ex familiariũ ſuorum hortulis plnatam nobilem. Habes hac in Epitome vitem illam, quæ non Aſiam modò, ſed & Africam, Europam, Americam, ceteraſque orbis plagas ambitu ſuo complectatur, & ſub eius vmbrâ ſacras animantes, quæ ingenI & ſcientiarum perſpicientiâ, aquilas: animi

for-

fortitudine leones: religioſâ prudentiâ elephãtes: ſimplicitate columbas referãt. Magnum, inquã, habes Auguſtinum, & ſub eius manu natos, & educatos viros doctrinâ, vitæ ſanctimoniâ, & in aduerſos caſus animi conſtantiâ firmiſſimos; qui Paternitati tuæ facem ita prætulere, vt ad eorum iubar in Occidentali regione viginti annorum decurſu, Ordini tuo, & Chriſtianæ fidei adeo illuceſceres, vt

Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν, καὶ νόστον Ὀδυσ. α.
ἑταίρων.

innumeras gẽtes luce perſtrictas tuâ ab idololatriæ tenebris ad fidei lumen ire, multas etiam redire compelleres. Egiſti rem ſtrenuè, terrâ, mari: in illâ crebra tru-

culentûm ferarum pericula obeundo: in hoc tete mergendo, vt fluctuantes animæ te duce ſacris tinctæ lymphis emergerent, te duce à cruentâ dæmonis rabie vendicarentur. Sic Chichimecas indomitos eloquij ſuauitate ita pellexiſti, vt Chriſto nomẽ darẽt, ita confirmaſti vt incertâ ſede errantem palantium more gentem & in patrios ritus plus æquo pronam, traditâ politicæ vitæ methodo, in fide continueris, inertem aliàs populum, ne otio dilaberetur, ſerere ac plantare docẽs. Sic incultas nationes, & falſo ſimulacrorum cultu abreptas, excoluiſti, vt idolis earum dirutis, ſacra vnius Dei fana ſubſtitueres, & ipſæ ad te, Deo per ſacras bap-

tiſmi

tiſmi vndas conciliandæ,conflu-
erent, omnis ætatis homines,etiã
centenarij. Alliciebãtur nimirum
ſpiritus tui feruore : & verbo di-
uino,quod perſonabas, ita afflu ẽ-
ter irretiebantur, vt ſupra ſexa-
ginta hominum millia conueni-
rent,te pro concione Ottomiticè
dicentẽ audituri. Incerta adferre
viderer, ni certiſſima facerent te-
ſtes locupletiſſimi, & ampliora;
quorum ego ſententias proprijs
notatas chirographis, vidi, legi:
cuiuſmodi ſunt, M. Dicacus de
Salamanca Epiſcopus de Portu-
rico, in epiſt. ad M. Auguſtinum
de Ieſu vicarium Generalem, qui
poſtea Archiepiſcopus Bracaren-
ſis Præſul ſanè magnus: M.Ioan-
nes Gonſales de Mendoza Epiſ-
copus

copus Lipacenſis. Frater Ioannes de Carauajal Aſſiſtens vltra montanus : M. Chriſtophorus de la Cruz, in Indijs Procurator Generalis: F. Balthaſar de Salaz: M. Petrus Rubion: M. Ioannes Baptiſta Plumbinus Procurator Generalis totius Ordinis. His accedunt Reuerendiſſimi Generales, Andreas Fiuizanus, Alexander Senenſis, & Fuluius Aſculanus vicarius Apoſtolicus; omnes Ordinis FF. Erem. S. Auguſt. Nec defuit Fr. Ioannes Maria Braſichellenſis ſacri palatij Magiſter Ordinis S. Dominici: vt omittam Archiepiſcopum Mexicanum, & R. P. Ioannem de Medina Antiſtitem in nouâ Hiſpaniâ, quos in fidem adducit Præſul Porturicenſis, quorum ſuaſu, vnâ

etiam

etiam Inluſtris D. Martini Henriquez Proregis, plurima ad fugitiuorum eruditionē barbaro idiomate ſcripſiſti. Quæ cùm ita ſint, vereor vt liberiùs ea referēdo modeſtiã tuam offendam, ſed tamen

— cùm meritis impleueris omnia, Ouid. 2. Triſt.
Pars mihi de multis vna canenda fuit.

Non quia hæc à te, ſed quòd diuino munere tibi donata, nobile gentis tuæ ſtemma condecorant, Auguſtinates exornant, Ordinem tuum inluſtrãt, & eam tibi ſpem adferunt, vt cum Magni Auguſtini militibus, quos pari te ſacrãs militiæ, es inſecutus, pari tandem gloriâ perfruare. Vale. Datum Angiæ è cœnobio Auguſtinenſium 12. Kal. Decemb. 1612.

R. admodum Paternitatis tuæ obſeruantiſſimus
Fr. Gregorius Aur. D'ayneſſ. Auguſtinianus.

Doctori magno quiſquis profiteris amorem,
Quidquid id eſt, magni muneris inſtar ama.
AurelI hic cernes acies, diffuſaque caſtra:
Partitam laudem cum duce miles habet.

Πρὸς τὸν ἑρμηνέα.

Πολλὰ μὲν ὁ γράψας συλλήβδην ταῦτα πόνησε,
Ἀλλ' ὀλίγοι τὸν νοῦν τοῦ γραφέως ἔλαβον.
Χρήσιμός ἐστι πόνος σεόθεν, φιλέουσιν ἅπαντες·
Πρῶτα φέρειν πότερος δ' ἄξιος; ἀγνοέω.

F. N. Baxius Auguſtin.

LECTORI.

Mirentur alij, Lector beneuole, Iliadem Græci Poëtæ vnâ nuce concludi; plus ſtuporis iniecit mihi libellus hic inſpectus & lectus, vt qui mille ducentorum & amplius annorũ Magni Auguſtini & commilitonum eius labores, paucis pagellis complectatur: mouit hoc me vt eum tibi Latinè redderem, quem Hiſpanicè acceperam, vt mecum legeres & mirareris: quem ne capitum prolixitate conuolutum haberes, magis nudum reddidi, capita in §. partitus, in quo ſi minus placui, placere ſtudui.

INDEX CAPITVM,

Cap. 1. De baptiſmo S. Auguſtini, ac vitæ eius inſtituto.

§. 1 *S. Auguſtinus Eremitarum auctor cenſetur pag.* 4.

§. 2. *Hymnus* TE DEVM *componitur, quando? pag.6.*

§. 3. *Alba veſte poſita, religioſam ſeruat. pag.8.*

§. 4. *Vitam Apoſtolicam tradit. pag.11.*

§. 5. *Ante Sacerdotium Monachus fuit. pag.12.*

§. 6. *Quem ſtatum hortatu Sancti Suppliciani elegit. pag. 16.*

§. 7. *Id quod ex hiſtorijs habetur. pag. 18.*

§. 8. *Vitæ Eremiticæ auctores Ss. Paulus & Antonius; non minùs Auguſtinus. pag.21.*

§. 9. *Maris inclementiâ in Sardiniam venit. pag. 13.*

Cap. 2. De regreſſu Auguſtini in patriam, piis largitionibus, ſociorum delectu, & monaſterij ſtructura. pag.27.

§. 1. *De veſtis eius qualitate; quodq́; calceis vſus. pag.29.*

§. 2. *Eius inſtitutum Valerius Epiſcopus approbat. pag.31.*

Cap. 3. De Sacerdotio Auguſtini, & iis quæ poſtea egit. pag.33.

§. 1. *Fit Eccleſiaſtes, & in Eccleſia reſidentiam parat. pag.35.*

§. 2. *Coëremitis ſuis regulam ponit.pag. 39.*
§. 3. *Tribus religionum regulis, claruit orbis. p.41.*
§. 4. *Eruditiores ad presbyterium promouet, & Epiſcopatus. pag.43.*
§. 5. *Antiquitas fratrum Eremitarum quæ ſit. p.45.*
§. 6. *Recapitulatio dictorum. p.47.*

Cap. 4. De lege & ceremonijs, quas Monaſterijs ſuis tradidit p.49.
§. 1. *Præſagia auctoritatis inſtitutionis Auguſtinianæ.p. 50.*
§. 2. *Quantum ſectarijs infeſta fuerit,p.52.*
§. 3. *Aliquot è Sanctis Martyribus referuntur.p.54.*

Cap. 5. De aſſumptione Auguſtini ad Epiſcopatum, de Canonicorum correctione, & Sanctimonalium inſtitutione. p.58.
§. 1. *Quæ differentia inter Canonicos regulares & Auguſtini Monachos.p.59.*
§. 2. *D. Marcus Canonicos inſtituit.p. 61.*
§. 3. *Vnde primùm Eremitæ cœperint p.63.*
§. 4. *Gelaſius Papa, Canonicos Romam induxit. pag 64.*
§. 5. *Eorum incrementa.p.66.*
§. 6. *D.Perpetua ſoror Auguſtini, Monialibus*

præficitur. p. 68.

§. 7. *Recapitulatio præcedentium. p. 70.*

Cap. 6. De continuatione & confirmatione ordinis Eremitici. pag. 71.

§. 1. *Sanctus Columbanus ex eo fuit. p. 73.*

§. 2. *Perſecutiones quas paſſus ordo. p. 76.*

§. 3. *Eremitarum variæ expeditiones. p. 80.*

§. 4. *Noua inſurgunt tempeſtates. p. 86.*

Cap. 7. De continuo Ordinis Eremitici progreſſu, & Pontificijs indultis. pag. 90.

§. 1. *D. Guillielmus Eremita, Auguſtinenſes reſtituit. p. 91.*

§. 2. *Auguſtini meritis, iugis Eremit. ord. præſeruatio tribuenda. pag. 94.*

Cap. 8. De declaratione confirmationis præteritæ Eremitarum ordinis, facta à Lateranenſi Concilio, Et quod D. Franciſcus ex hac fuerit familia. pag. 97.

§. 1. *In Auguſtini corde Chriſti ſtigmata fuere. pag. 103.*

§. 2. *Fratrum minorum inſtitutio, vnde. 106.*

§. 3. *S. Clara de monte falco Auguſtinenſis. Et Romæ veram Beatiſſimæ Virginis effigiem habemus. p.109.*

Cap. 9. Pontifices nobis, ceu veris Auguſtini filijs, corpus Magni Patris adiudicarunt, nec non etiã B. Matris Monychæ. p.112.

§. 1. *Qui honores noſtris in ſacropalatio delati. pag. 115.*
§. 2. *Vnde in Hiſpania hic ordo propagari cœperit. pag. 117.*
§. 3. *De Monaſterijs & viris illuſtribus. p. 119.*
§. 4. *Declaratio amplior antiquitatis huius ordinis. pag. 126.*

Cap. 10. De nominis & veſtis Eremiticæ continuatione, vſque ad vnionem per Pontifices factam. pag. 129.

§. 1. *Qua auctoritate habitu albo vtamur. p. 132.*
§. 2. *Mendicantes dicimur, & rigor primæ inſtitutionis mitigatur. ibid.*
§. 3. *Variæ Diui Auguſtini apparitiones. p. 135.*

FINIS.

EPITOMES INSTITVTIONIS FF. EREMITARVM S. AVGVSTINI.

CAPVT. I.

Vt D. Auguſtinus ſtatim à ſuo baptiſmo monaſticam vitam habitu & moribus instituit: deque eius in Eccleſia progreſſu.

PERFECTAM arboris cognitionem è fructuum perceptione pendere, VERITAS ipſa Matth. 12. docet; qualis enim ipſa, tales & fructus eius. Hinc qui altitudinem ingenij, ſanctitatis abyſſum *Magni Patris Auguſtini* penitiùs perſpectam habere volet, is oculorum, ac mentis aciem, in vberem illam *Diui Patris* mentem, generoſosq; fructus intendat, quibus ſanctam Dei Eccleſiam fœcundauit, ditauit: in eos (inquam) fructus oculos dirigat, qui à Sanctiſſimi PATRIARCHÆ AVGVSTINI doctrinâ, humanæq; conſuetudinis exemplo, in vniuerſam Ec-

 cleſiam

cleſiam deducuntur; & quibus ipſa in ſacrarum literarum expoſitione, defenſione, vitæ vndequaque perfectæ præſcriptione, cum firmiſſimo præſidio vtitur: planeq; comperiet MAGNVM AVGVSTINVM cùm doctrinæ præſtantiâ, tum vitæ ſanctimoniâ, alterum ab Apoſtolis locum abſq; iniuriâ ſibi vendicare. Tantum enim in humanarum, diuinarumq; rerum cognitione ſibi comparauit, vt Chriſtiani orbis *Doctorum lux* meritò nuncupetur: tantum in integritate, vitæque monachalis inſtituto proceſſit, vt omnium penè Religioſorum ſtatuum MAGNVS PARENS habeatur.

Et vt ſacros Religioſorum ordines ſupra quadraginta reticeam ſub *D. Patris Auguſtini* regulâ merentes, fructuſque innumeros, quos inde Canonicorum Regularium ordo, ad hanc vitæ normam directus, ac ferè denuo à ſanctiſſimo DOCTORE erectus, retulit (id quod latiùs infrà patebit) tot, tantaq; Chriſtianæ Religionis lumina, Doctores Eccleſiæ maximos, ipſa prima vitæ monachalis ſemina à ſanctiſſimo PATRE iacta, ediderunt, vt nec mente cogi, nec nominibus cenſeri queant. Eouſq; excreuit dia illa Ordinis Eremitici planta, cuius ſationis auctor vitæ ac doctrinæ puritate inſignis *Auguſtinus*,

Fertilitas ordinis FF. Erem.

guſtinus, cuius ſemina in omni primùm Africâ iecit, tum demum ipſa ſe per Lybiam in vaſtiſſimas Ægypti & Æthiopiæ regiones effuderunt, vbi Sabellico *teſte parte* 2. *Enneade* 7. *lib.* 9. tot ſunt Fratrum Eremitarum S. Auguſtini cœnobia, vt eorum numerus haberi nequeat: quod ipſum adfirmat *Bohemus* in *tractatu de tribus orbis partibus*. cuius auctor Auguſt in Africa.

Continuò autem non Hiſpaniam, non Italiam ſolùm, verùm etiam Germaniam, Galliam, ceteraſq; regiones, hæc Ordinis Eremitici cohors ſacra penetrauit. In quo etiam diuinæ ſapientiæ ac prouidentiæ argumentum ſingulare enituit: nam vt ex fructuum bonitate, ſuauitatéque, in ampliorem radicis, vnde dimanant, eiuſq; ſinceritatis cognitionem, deduceremur; Deo ſemper auſpice ſtetit: adeò vt inter hæreticorum inſanientium minas, inter ſæuas frementium Tyrannorum conſectationes, tormenta; in deſertis, inhoſpitis, incultiſq; locis; pluribus doctrinâ ac ſanctitate conſpicuis viris claruerit. Hinc tot Sancti, tot Beati, tot omni literarum genere inſigniter inſtructi ex hac inſtitutione prodiêre, vt ſi omnes in digitos mittere voluerimus, infinitum prope numerum comperturi ſimus stetit vbiq; hæc inſtitutio. & inter hoſtes.

eorum, qui à primâ S.P. Avgvstini baſi, ceu radice, prodierunt. Ea autem poſita eſt ſalutis humanæ anno 393. vt inquit *Philippus Bergomen.* in *ſupplemento Chronicor. primâ parte libro 7. cap.* 57. vel, vt *Caribayus*, anno 389. cui adſtipulatur *Cæſar Baronius Annalium tom.* 4. *anno Chri.* 385. & 391.

quando ea cœperit.

Hoc autem memoratu dignum, nos tot ſæculorum voluminibus, quæ crebris mutationibus ſubiacere ſolent, perpetuò ſub Diui Patris Auguſtini regulâ meruiſſe, Fratrum Auguſtinenſium nomen continuaſſe, in veſte nigrâ, zonâ ſupercinctos pelliceâ, perſeueraſſe; quo olim habitu *Inſtituti* noſtri caput *Auguſtinus* vſus; ac hæreditarium nobis, ceu filiis ſuis genuinis reliquit. Quod verò ex peculiari inſtituto, huiuſmodi veſte, cinctorióque vteretur, ipſemet aſſertor eſt *Auguſtinus*, vt notarunt, Cæſar Baronius, Genebrardus, Onufrius, & Turrianus locis infrà citandis; quibus accedit Diuus Antoninus Florentinus 3. *parte hiſtor. cap.* 14. *titulo* 24. §. 2.

nos illius fuimus & ſumus, & à capite noſtro ſic dicti

§. 1. Cap. I.

Auguſtinus Eremitarum auctor colligitur.

QVod autem hæc Fratrum Eremitarum *S. Auguſtini* propago, ab eo originem

duxerit,

duxerit, ex ipſius Sancti *Inſtitutoris* ſcriptis memorati auctores colligunt; maximè verò ex *lib. 3. cap. 40. tomo 7. contra Petilianum Donatiſtam*, vbi ſe prima Ordinis noſtri jeciſſe fundamina gloriatur, ait enim: *Deinde perrexit ore maledico in vituperationem monaſteriorum & monachorum, arguens etiam me, quòd hoc genus vitæ à me fuerit inſtitutum*, &c. Confirmat in narratione ſuper *Pſal. 99.* & 132. *Et libro de opere Monachor. cap. 39.* Et clariùs *ſermone 49. & 50. De diſquiſitione & communi vitâ clericorum*, quorum auctor cenſetur Auguſtinus à Poſidio in indice, à Beda, Eraſmo, Academiâ Louanienſi, à recentioribus, antiquiſq; ſcriptoribus: à Concil. denique Aquisgranenſi *cap.* 112, & 113. à Iure Canonico *cap. Nolo. 12. quæſt. 1. & cap. Certè.*

Quæ autem de ſuo monaſterio dicat Auguſtinus, hæc habe *ex lib. 2. de dono perſeuerantiæ, cap. 15. tomo 7. Fuit quidam in noſtro monaſterio, qui corripientibus Fratribus &c. adeò profecit in malum, vt deſertâ monaſterij ſocietate, fieret canis reuerſus ad vomitum.* Nec minus perſpicua fit hæc veritas ex ſermonibus ſepté, quos ad fratres in Eremo habuit, ſcilicet ex 12. 25. 27. 28. 39. 40. & 60. quos quidem (quantumuis in ceteris cenſores ſermones ad Fratres in Erem. S. Auguſtini.

ſpongiam admoueant) Auguſtini eſſe, non eſt qui inficietur, cùm & citatis iam locis, & aliis multis, vt *Decret. 13. quæſt. 2. cap. Si quis iraſcitur. & cap. 17 quæſt. 4. cap. 5.* iuxta Gratianum, ſub eius manu nati admittantur & probentur.

§. 2. CAP. I.

Vitâ & veſte innouatur Auguſtinus, & hymnus, TE DEVM, *concinnatur.*

Ambroſius religione & veſte initiat Auguſt.

DEnique non parũ lucis ac roboris huic veritati acceſſerit, ſi memoriâ repetierimus ſacri inſtituti noſtri Auctorem, cùm Mediolani ſacro baptiſmatis fonte ablueretur, à Sancto Ambroſio nigrâ donatum veſte: cùm etiam alterno ſpiritu diuinum illud canticum, myſteriiſq; (vt cuique notiſſimum eſt) pleniſſimum, TE DEVM ſcilicet LAVDAMVS inſonuêre; quod ideo communiter Ambroſii Auguſtiniúe hymnus nuncupatur. Porrò hæc contigêre anno reparationis humanæ 390. auctor eſt Philippus noſter Bergomenſis, & Petrarcha *lib. de vitâ ſolitariâ*, Sanctus denique Antoninus loco citato; quod ipſum etiam ex Diuo Patre Auguſtino colligere eſt.

& vterque Cantici, Te Deum auctor.

Quod ſi cui mirum fortaſſe (ne dixerim incredibile) videatur, adoleſcentem Augu-

ſtinum,

ſtinum,vanâ tumeſcentem philoſophiâ, ſapientiaq; mundanâ plus æquo inflatum,iſta alta religionis Chriſtianæ myſteria huic inſerta Cantico,perſpicientiâ ſuâ,penetraſſe, reſeraſſe : admirationem tollit Sabellicus *parte. 2. Ennead. 7. lib. 9.* cùm inquit, vnâ cum baptiſmi gratiâ, eum ſcientiæ infuſæ donum percepiſſe, quâ valuit ex-tempore, inchoantem Ambroſium,alterno verſu ſubſequi: cuius hymni auctorem Auguſtinum pariter fuiſſe, tenet Eccleſia. Idipſum Datius quartus ab Ambroſio Mediolanenſis Epiſcopus aſſeuerat *hiſtor. lib. 10. cap.* 1. innumeri denique alij,vt Iacobus de Voragine *lib.* qui *Flos-Sanctorum* dicitur; Honorius *in ſpeculo Eccleſiæ*: Iacobus de Valentia in *Pſal.* & alij quos ſciens prætereo : non ita teſtimonium quod mihi hac in re non parum ponderis & auctoritatis habere videtur; Inluſtris Dominus Stephanus de Yuarra Eques S. Iacobi, Quæſtor ærarius,& à conſiliis Bellicis Philippo tertio Hiſpaniarū Regi, membranam in æde Collegiata D. Ambroſij inter cetera Mediolani ſe vidiſſe mihi affirmauit, in quâ vtriuſq; Doctoris Ambroſij & Auguſtini manu, hymnus TE DEVM ab eiſdem compoſitus, inſcriptus foret, ita, vt cuiuis etiam ex characteris differentiâ, facilè

Non mirum tyronem in fide Auguſt. magiſtralem hymnum pronunciaſſe.

Illuſtri teſtimonio aſſeritur.

cile propius innoteſceret artifex. Ad hæc in eundem communiter ſenſum venit Ecclesia, vt hæc duo præclara fidei Chriſtianæ lumina *Ambroſium & Auguſtinum*, huius Cantici auctores probet, ſtatuatque; cuius ipſa vſum ab anno Seruatoris 520. recepit: Diuus Iulianus Archiepiſcopus Toletanus in Eccleſiam ſuam anno 700. inuexit: cuius denique eloquutores, memoratos Epiſcopos, Pius Quintus in Breuiarij reſtitutione commemorat, facitque.

magnum id

§. 3. Cap. I.

Chriſtiani tyrocinij albá depoſitâ, habitum Religionis reſeruat.

SAcris itaq; Paſchalibus feriis, *Auguſtinus* vnà cum Adeodato filio (qui etiam cum aliquot aliis Monachalem habitum ſuſcepit) baptiſmi emerſus vndis, emiſſâ adeò ſolemni (vt ex hymno conſtat) fidei profeſſione: veſte nigrâ ab ipſo Ambroſio, penes quem tum temporis, omnis monaſterij Sancti Simpliciani cura erat, induitur. Pullo igitur habitu aſſumpto; verus hic mundi contemptor, in certum pœnitentis Eremitæ argumentum, ab eodem zonâ pelliceâ ſupercingitur, quò ſic ſe ab aliis Monachis, qui cingulo ſub veſte vtebantur, ſecernç-

cur cinctorium aliu n pſerit.

cerneret : quod ex epiſtolâ Sigiſberti ad Macedonium colligi poteſt. Pintiæ verò in *S. Patris Auguſtini* cœnobio antiquiſſima pictura, quæ id referat, viſitur; vbi S. Ambroſius candidam Auguſtino veſtem, iam nigrâ amictu, zonaque pelliceâ cincto, præbet & aſſertor habetur Maurolius in Martyrologio die conuerſionis S. Patris Auguſtini. Nec prætereundum, præfatam veſtem candidam, nouis Chriſtianis, ſacræ ablutionis die, conferri ſolitam: nec eam nouella iſta veræ fidei germina, Dominicam in Albis vſque deponere : cui idcirco (Baronio teſte) id nominis obtigit.

eſt & antiquis picturis ſua fides

alba veſtis neocatholicis datur.

vnde Dominica in albis dicta.

Igitur præſcripto tempore, eo nouitiatus ſui candore vſus, albâ poſitâ, pullæ veſtis, ac cinctorij pellicei vſum continuò non ſine myſterio, reſeruauit, quem habitûs morem quoad vixit, etiam ante presbyterium, ceu verus Monachalis inſtituti miles, ad perfectionis Apoſtolicæ normam vitæ ſuæ genus componens, continuauit. Sic tradit Hieronymus Platus *lib. 2. cap. 25. De bono ſtatus religioſi:* fatetur ipſe Auguſtinus *epiſtola* 89. *quæſt.* 4. vbi in hanc ait ſententiam: *Ego qui hæc ſcribo, perfectionem de qua Dominus locutus eſt, quando ait diuiti adoleſcenti, Vade, vende omnia quæ habes, vehementer adamaui.*

continuat monachiſmum Auguſtinus.

&c. & gratiâ eius adiuuante ſic feci. &c. Quantum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem noui ego quàm quiſquam alius homo, ſed magis Deus quàm ego. Quin etiam ante ſuam conuerſionem, in communem vitam maximè propendebat, vt ex lib. Confeſs. 6. cap. 14. & locis infrà citatis, patet.

quæ cauſſa mouens illius.

Præterea, non parum luminis dicto acceſſerit, ſi animum intenderimus in cauſſam tantæ metamorphωſis Doctoris tanti. Nec verò alia fuit à Diui Antonij Confeſſoris vitâ monachali, quam à Potitiano ſuo recitari audierat. adhæc vitæ ſuæ ideam, vt conuerſus fuit, Paulum primum Eremitam ſibi propoſuit; qua de re ſacer hic Ordo, peculiari officio hunc ſanctum veneratur, quòd ex eo vita Eremitica, anno ſoluti generis humani 251. originem duxerit: quod Henrico ab Alemaniâ in hiſtoria Sancti Auguſtini, quam in membranis conſcriptam reliquit, adulatur; vidi, legi: Sancto denique Antonino à Florentiâ loco ſuprà citato, §. 1. & ex Regiſtro, ſeu Act. Pontificum colligi poteſt.

§. 4.

§. 4. CAP. I.

Vitam Apoſtolicam profeſſus, eam aliis, ſed in rudi adhuc tabulâ proponit.

CEterùm ex eâ Eremitarum viuendi formulâ, quam Mediolani in cœnobio Sancti Simpliciani deprehenderat: ex eo demum vitæ genere quod poſtea Centumcellis notauit, vitam Eremiticam eduxit Auguſtinus. Hinc eo formati ritu, omne inſtitutum fuit, in communi, ceu verus cœnobicus, vitam agere: quod liquidò ex plurimis Confeſs. locis conſtat, *vt ex lib. 6. Confeſs. cap.* 14. *ex lib.* 9. *cap* 4 *&* 10. *ex lib.* 8. *cap.* 2. In cuius rei robur addit Sabellicus *parte.* 2. *lib.* 9. *Ennead.* 7. Diuum Auguſtinum aliquamdiu cum miræ eruditionis & ſanctitatis viro Simpliciano eiuſq; monachis commoratum in monaſterio, quod ſæcularis & Eccleſiaſticæ militiæ, Antiſtes Martinus ponè mœnia Mediolanenſia extruxerat, cùm poſito militari cingulo, monachalem vitam eſt amplexatus; cuius normam in Oriente, teſte *Sulpitio Dialo.* 1. *cap.* 4. viderat, notaueratque.

vnde vitæ normam eruerit.

Diuus Martinus etiam monachus.

Atqui cùm in eo cœnobio, nulli adhuc certæ regulæ adſtringerentur, inde recedens Auguſtinus, formam viuendi iuxta

Apoſtolicā regulam, ſed rudi formatam penicillo, proponit Auguſtinus.

Apoſtolicam præſcripſit, licet non in eo perfectionis gradu, quo nunc ſeruatur; cùm in id ſolùm priores illi iſtorum ſæculorum Monachi intenderent, vt vitæ ſuæ inſtituto mundum aſpernati, eius contemptores haberentur.

§. 5. CAP. I.

Ante presbyterium perfectus monachus fuiſſe perhibetur.

NEc deerit quo probemus pleniſſimum Eccleſiaſticæ Hierarchiæ iubar *Auguſtinum*, priuſquam ſacris initiaretur, monaſticam diſciplinam profeſſum fuiſſe, maximè ſi id contenderimus: nam ipſe *libro 22. De Ciuit. Dei cap.* 8. & in epiſtolis *Epiſt. 89. quæſt.* 4. ſe paupertatis votum obſeruaſſe oſtendit: iam verò quod caſtitatis ſectator fuerit, expreſſè habet in Confeſſ. *li.*10.*cap.*30: quod ad obedientiam ſpectat, regulam eius conſule.

trium ipſe votorum obſeruator.

Sed age; quam fidem potiorem requires eâ, quam ipſe Auguſtinus facit *lib. Confeſſ.*8. *& 9.cap.* 10. vbi matris ſuæ Monychæ verba refert? aiebat enim pia mater, nullo ſe vitæ longioris teneri deſiderio, quàm vt filium Chriſtianorum albo adſcriptum videret, id quod à diuinâ bonitate impetrauit: & cu-

Monychæ matris votum.

& cumulatiùs pio deſiderio acceſſit, vt eum contemptâ felicitate terrenâ, ſeruum Dei iam factum intueretur. Quâ voce, quid aliud mater religioſiſſima ſignificatũ voluit, quàm Auguſtinum Catholicum, vnà & Religioſum, iuxta vitæ monachalis præſcripta vitam ſuam componere?

Idem probant loca principio citata: omnes denique ſermones ad Fratres in Eremo, & maximè 14. 21. 24. & 25. quibus etiam in huiuſce veritatis confirmationem vſus eſt Fernandus ab Hiſpaniâ anno libertatis humanæ 1352. in ea oratione quam Auenionis Cauarum Epiſcopus exiſtens, coram ſummo Pontifice in conſeſſu omniũ purpuratorum Patrum habuit. In iis namq; ſermonibus, pullæ Auguſtini veſtis, & zonæ coriaceæ fit mentio. quodq; monachus, Monachorumque Eremitarum inſtitutor fuerit. Et Magnum Auguſtinum Fratres Eremitas fundaſſe, ita certum, veritatiq; conſentaneum adfirmat Petrus Maturus in ſuo ad Sanctum Antoninum Defenſorio, vt certum extitiſſe vixiſſeq; Auguſtinum. Eremitas inſtituiſſe quâ fide certum.

Dictis addamus Sancti Antiſtitis Valerij epiſtolam ad Auguſtinum, & melliflui Doctoris Ambroſij ſermonem 92. cuius thema primarium, baptiſmus S. Auguſtini, qui baptizatus ex Diuo etiam Ambr. adfertur.

tizatus ab Ambroſio; qui ab hiſce duobus præclaris Eccleſiæ luminibus Canticum *Te Deum* concinnatum; quî demum Auguſtinus ab Ambroſio cucullum nigrum acceperit, zonaque pelliceâ, quam ei S. Simplicianus contulerat, accinctus fuerit.

licet à nonnullis improbetur.

Nec me præterit cùm Diui Ambroſij ſermonem 92. omnium oculis & calculis ſubiectum, plurimorum cenſuram ſubiiſſe, adeò vt criticis Pariſienſium vnguibus in editione anni 1586. ex Ambroſij operibus expunctus fuerit: vnde nos magis eius auctoritatem tueri decet, cuius olim tanta fuit & eſt modò, vt Eccleſia Mediolanenſis continuo quingentorum annorum decurſu, eo ſit vſa, eum Ambroſij cenſuerit, eum vt Ambroſij legerit. Quantum ad ea quibus impulſi Doctores, huic orationi ſpongiam induxerunt, facile fiet ſatis. Aiunt enim ibi Auguſtinum Carthaginenſem nuncupari, quod veritati haut conuenit; Tagaſtenſis enim erat Auguſtinus, non Carthaginenſis. At, hæc obiectio, nulla eſt: Africanos namque omnes, Romani nullo diſcrimine Carthaginenſes vocitabant: ad hæc Tagaſtenſe opidum, vnde oriundus Auguſtinus, appendix Carthaginis fuit.

quibus argumentis.

Reſpondetur.

argumentum ſecundum.

Eſto, in eodem ſermone habeatur, Auguſtinum

ſtinum diuino inſtinctu vanos Gentilium cultus reliquiſſe, cùm non pœnitendam, imò pœnitendam, ætatis ſuæ portionem in paganorum ſuperſtitionibus, Gentilium ritibus, erroribus & vanis mundi diſciplinis collocaſſet: quodq; id conſilio & hortatu Sancti Simpliciani fecerit. Atqui parentibus Chriſtianis (inquiunt) natus erat Auguſtinus, & cum materno lacte, prima Religionis Catholicæ elementa imbiberat.

Fatemur omnia; & primùm quidem Sanctum Simplicianũ conatus ſuos adhibuiſſe, ſuiſque monitis induxiſſe Auguſtinum, vt Chriſto nomen daret: quod confirmat in libris Confeſſ. Auguſtinus ipſe, additque ſe hoc Magiſtro prima fidei rudimenta percepiſſe. Habes ibi præterea alterum Auguſtini parentem Gentilem fuiſſe; ad nouennium vſque ætatis ſuæ, Auguſtinum de rebus ad fidem Chriſtianam ſpectantibus nunquam egiſſe; ante annum trigeſimum-ſecundum, quo ſe inter baptizandos referri voluit, continuò vanis Gentilium ſuperſtitionibus implexum, variis eorum ritibus ſeſe addixiſſe. Quò fit vt rectè in eo ſermone dicatur, Auguſtinum ſpreto Gentilium ritu, vanaq; eorum doctrinâ, ſeſe ſub fidei vexillo collocaſſe.

reſpondetur.

Gentilis etiam fuit Auguſtinus

§. 6.

§. 6. CAP. I.

Hortatu Sancti Simpliciani, monaſticum inſtitutum eligit.

D. Simplicianus monaſticā vitā Mediolanū intulit.

PORRÒ Henricus ab Alemaniâ in collectaneis, docet Diuum Simplicianum, qui intra Romanæ ditionis terminos Eremitarum methodo Diuorum Pauli & Antonii, in habitu nigro, & cinctorio veſti ſuppoſito, conformem vitam agebat; eam vitæ conditionem Mediolanum intuliſſe: cumq; vitæ & ſtatus metamorphωſim decerneret Auguſtinus, eum ſe conſilij capiundi cauſſâ ad Simplicianum contuliſſe, à quo monitus monaſticum ſtatum eligere. Id conſilij totis animis amplexatus Auguſtinus, de ſeipſo in Confeſſionum libris fatetur, ſe Simpliciani verba tanquam ſagittas acutas aperto pectore excepiſſe, & exempla ſeruorum Dei ab ipſo ſibi propoſita, qui in deſertis incultíſque locis agebant, tanquam carbones vaſtatores fuiſſe, quos ex mortuis ſibi, viuos fecerat, eorum qui iam obierant mores ſuo in pectore ſuſcitando; quos etiam imitatus, aſſumpto pari habitu, exercuit: cùm & atra veſtis mundi contemptum ſignificaret, & zona pellicea carnis mortificationem deſignaret.

quem de vitæ delectu conſulit Auguſt.

quid nigra veſte & zona ſignificatum.

His accedit non minoris fidei teſtimonium:

nium: nam Beatus Poſidius, qui & Tagaſtē-
ſis origine & Calamæ Epiſcopus, ex eorum
Eremitarum numero fuit, quos Diuus Pater
Auguſtinus in ſuo monaſterio, quod in præ-
dio ſitum erat, Eccleſiæ propagauerat: ſic
ex Sabellico *part. 2. Ennead. 7, lib. 9.* Aloui-
ſiano, & ipſo-met Auguſtino colligitur *Epi-
ſtola* 166. vbi eum collegam ſuum vocitat:
denique contra Creſconium *lib. 3. cap. 46.
tomo* 7. Poſidij nomine interpellat. Ipſe
demum Poſidius in Magni Auguſtini vitâ
cap. 12, fatetur Auguſtinum, ſe ex monaſte-
rio & clero aſſumpſiſſe, (erat enim tum Po-
ſidius ſacerdos) vt Epiſcopum Calamenſem
ſtatueret. Et Genebrardus anno libertatis
humanæ 433. ait, Poſidium in vitæ mona-
ſticæ inſtitutione Auguſtini coadiutorem
fuiſſe: is enim ipſe qui ei quadraginta an-
nis conuixerat, atq; adeò intimiùs nouerat;
in eius vitâ *cap. 2. ait. Moxque ex intimis cor-
dis medullis ad Deum conuerſus Auguſtinus ſpem
omnem quam habebat in ſæculo dereliquit: iam
non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non
honores ſæculi quærens: ſed ſoli Deo cum ſuis ſer-
uire ſtatuit, in illo & ex illo puſillo grege eſſe ſtu-
dens, quem Dominus alloquitur dicens: Nolite
timere puſillus grex, quoniam complacuit patri
veſtro dare vobis regnum: vendite quæ poſſide-*

Diuus Poſidius Auguſtinas.

De Auguſtino Poſidius.

Lucæ. 12.

B *tis,*

tis, & date eleemoſynam, &c. Votis enim omnibus expetebat vir Dei, conſilium, Matthæi capite vndeuigeſimo, explere, vbi dicitur, *Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me.* Accedit etiam quod capite tertio habet idem Poſſidius, Auguſtinum vnà cum amicis ſuis, qui eius veſtigiis inſiſtentes, pari ſe ſtudio conformarant, ad Africam remeaſſe, & ad praxim B. Simpliciani documēta, Euangelicaq́; conſilia reduxiſſe. Atque ita (vt verbo dicam) edoctus Mediolani vitam Eremiticam Magnus Cœnobiarcha Auguſtinus; eam Centumcellis Apoſtolico ritu inchoauit, in terrâ patriâ continuauit, ad Hipponem Regium extremum eidem perfectionis gradum addidit.

qui gradus eius monachiſmi.

§. 7. Cap. I.

Auguſtinum monachum, & Monachorum inſtitutorem hiſtoriis confirmatur.

Et licet in huius veritatis confirmationem plus quàm ſatis ea eſſe debuerint, quæ ex Auguſtino allata, quibus Religioſus fuiſſe probatur: magiſtrâ veritatis hiſtoriâ, hoc ipſum tamen illuſtrari, roborariúe poteſt. Itaq; Ægidius à Præſentatione Auguſtinianæ familiæ auguſtum lumen, ſacræ Theo-

Magiſter Aegidius Luſitanus Doctorum fax.

Theologiæ Doctor, eiusq; inluſtris Conimbricæ profeſſor Veſperarius *lib. 2. art.* 6. ſui defenſorij, tres & triginta hiſtoricos idem pronuntiantes enumerat. Pluribus etiam canonizationum bullis, & tranſlationum, Sanctorum eiuſdem ordinis, confirmari poteſt: lectionibus denique ſecundi nocturni officij Sancti Patris Auguſtini, cuius auctorem quidam Diuum Thomam faciunt, alij verò ipſo antiquius arbitrantur: in iis ſiquidem lectionibus habetur Auguſtinum religioſam vitæ ratione profeſſum fuiſſe, huncq; Ordinem, qui Auguſtinenſium dicitur, qualis eſt modò, qualiſue à ſuâ primâ molitione extitit, inſtituiſſe.

Tarſanora 2. *parte hiſtoriæ mundi lib. 6. fol. 207.* hoc etiam hiſtoriâ complexus eſt: nam referens quî Auguſtinus vnà cum fratribus ſuis in Eremo, priuſquam ad Eccleſiæ regimen eueheretur, (quod annis ferè quadraginta tenuit) eremiticè vixerit, quodque prima ordinis fratrum Eremitarum initia dederit, ſic inquit *Da lui queſto ordine degli Eremitani, nacque, che fu coſi detto dalle Eremo, doue egli prima che foſſe Veſcouo, alcuni anni viſſe.* hoc eſt. Ab hoc Auguſtino prodiit Fratrum Eremitarum inſtitutio, quæ id nominis ab eremo ſortita, quam annis aliquot,

monachus fuit, monachos inſtituit ante Epiſcopatum.

priuſquam Epiſcopalem prouinciam ſubiret, incoluit Auguſtinus.

Sacro igitur regenerationis ablutus fonte, atque à ceterorum conſuetudine atro veſtitu & cingulo ſegregatus, poſtquam Mediolani vnà cum Beato Simpliciano viuere cœperat; inde Romam cum piâ matre, ſociiſque duodecim receſſit, quo in itinere Florentiam præteriens, ad Sancti Cœnobij Archiepiſcopi ædes, quarum ſtructura lignea, diuertit: extant hæ etiam nunc, & in hominum veneratione. Denique, vt ferunt Bergomenſis anno 833. Petrarcha *lib. 2: De vitâ ſolitariâ. cap. 14.* Sanctus Antoninus loco ſupra citato, & alij; in monte Piſano aliquandiu moratus, ac demum Centumcellis cum monachis Eremitis qui eas deſerti partes incolebant, quo maius ſui periculum in eremitico inſtituto faceret, conuerſatus eorum vitæ genus ad Apoſtolicum redegit, regulam eis præſcribens: inde poſtea, eam quam modò tenet Eccleſia regulam confecit Auguſtinus, quam, vt primùm Innocentius I. approbauit, qui in monte Piſano & Centumcellis Eremitæ verſabantur, actutum receperunt, & multi eorum, qui poſtea ex Africæ ruinis ad ea loca confugerant; & ad Innocentij Tertij vſq; tempora perſeuerarunt,

Romam profiſcitur, ad S. Cœnobium deflectit

cum Italiæ Eremitis conuerſatur

qui eius regulam ab Innocentio I. approbatam recipiunt.

rarunt, qui ſupremum Pontificiæ auctoritatis faſtigium conſecutus, eos fauoribus, priuilegiis, indultisq; eſt proſecutus.

Inerant ibi monaſteria duo, Sancti Pucij vnum, alterum Sanctiſſimæ Trinitatis, ſcilicet ob id ſic dictum, quòd ibi AVGVSTINO altum ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium ingenij ſui alueo excipere contendenti, è cœlo Angelus apparuerit. Inde congregationes ſex prodiêre, quarum vna Sanctæ Trinitatis dicta: porrò adhuc eorum monaſteriorum veſtigia quædam & rudera cernuntur: Et Centumcellis in templi ruinis, vbi monaſterium Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini fuerat, Fratrum Auguſtinenſium depictæ effigies. Vbi de Sancta ſs. Trinitate coniectabundo Angelus apparuit.

§. 8. CAP. I.

Vita Eremitica auctores aliter Sancti Paulus primus Eremita, & Antonius Abbas; aliter Sanctus Auguſtinus.

POrrò autem fundamentum quo graues nonnulli auctores nixi ſunt, aſſerentes vitam Eremiticam, quam inſecutus Auguſtinus, cuius & regulam præſcripſit, originẽ ſuam à Sanctis Paulo primo Eremitâ, Antonio Abbate & Pacomio duxiſſe: inde ſumptum, quòd ij, Eremitici ſtatus primi inſtitu- inuentum Vitæ Eremi-

ticæ modũ perfecit Auguſtinus

tores extiterint, quem Auguſtinus Apoſtolicæ perfectioni conformem fecit.

Etenim quoniam in Tuſciæ ſolitudinibus, in monte Piſano, & Centumcellis, Eremitæ multi primorum iſtorum Patrum diſcipuli reperiebantur è quibus etiam Simplicianus, qui monaſticam diſciplinam, quam priores iſti Eremitæ ſeruarãt, Auguſtino tradidit: & quoniam Mediolano in Africã rediens Auguſtinus, inſtituti ſui, quod à Simpliciano acceperat, ſectatores Centumcellis offenderat, ijs ſeſe adiunxit; quos & in Apoſtolico viuendi modo inſtituit: vnde Chriſti Ieſu veſtigiis inſiſtens, *cœpit facere & docere*, vt inquit Poſidius in eius vitâ capite quinto.

Vnde illius vt perfectæ auctor habetur.

Hinc vitæ Eremiticæ auctores cenſentur illi & Auguſtinus, qui, eam quam nunc profitentur Fratres Auguſtinenſes, Fratribus Eremitis qui Mediolani cum Diuo Simpliciano remanſerant, ceteriſq; qui Centumcellis, Apoſtolicis quidem formatam inſtitutionibus, ſeruandam præſcripſit. Quo fit vt illi hanc viuendi rationem ante Auguſtinum iniiſſe, rectè ferantur; nec minùs Auguſtinus nouitiam eam feciſſe; eo capite; quòd vitæ genus Apoſtolicum, ceu nouum, propoſuerit: ſub quo ſteterunt Centumcelliani, donec (vt inquit Nicolaus ab Alexandriâ in ſuis collectaneis) Barbaris, Mauriſq;

riſq; incurſantibus, cunctaq; horribili infeſtatione vaſtantibus, Centumcellæ dirutæ: quo tamen regreſſi fratres Auguſtinates, vbi Ludouicus Caroli Magni filius, cum Guidone Galliæ ciſalpinæ Marchione, ipſos Italiâ exegit; inibiq; monaſterium titulo Sanctæ Seueræ erexerunt, quod anno aſſerti in libertatem generis humani 1290. Auguſtinenſium Ordo à Nicolao ſummo Pontifice requiſitus, Petro Colono Cardinali tradidit, in quo etiamnum Fratrum notæ cernuntur. Eremitæ Centumcellis exacti, regrediuntur.

§. 9. CAP. I.

Africam meditatur Auguſtinus, ſed aduerſo mari in Sardiniam pellitur.

POſteaquam verò cum iis Eremitis iuxta Apoſtolorum normam aliquamdiu egiſſet Auguſtinus, ipſos relicturus regreſſū in Africam meditari: immortales verò ipſi Eremitæ gratias, pro tam ſacro viuendi ritu ab Auguſtino ſibi relicto, Deo egêre; ita refert Fernandus ab Hiſpaniâ, loco citato. Itaque inde cum matre ſuâ ſanctiſſimâ, ceteriſq; quos ſibi in ſocios aſſumpſerat, ad Oſtiam Tyberinam, naui ſe commiſſurus, conceſſit, vbi pia mater eius Monycha, è viuorum ceſſit contubernio, cui, priuſquam cederet, Chriſtus in viſibili ſpecie, (referente Sigis- S. Monychæ obitus, cui ſe Chriſtus ſub pueri ſpecie manifeſtat.

 berto)

berto) apparuit; quod ideo fortaſſe adſtruit, quia Petrus à Natalibus *lib.* 12. *cap.* 9. inquit, quòd cùm Beata Monycha animam ageret, neq; ſtomachi nauſeantis ac ſubinde vomitantis cauſſà, ſacro viatico foret refecta, ſeſe illius amplexibus, decorus formâ puer & fulgidus implicuerit, ac ſic inter ſuaues, diuinoſq; complexus, animam Creatori ſuo reddiderit; quo effectum eſt vt eiuſdẽ Diuæ vox adimpleretur (eodem auctore teſte) quam ſacris Cypriano feriis, ſacrâ ſynaxi recreanda, ſupra ipſam elata terram edidit, ſcilicet, EVOLEMVS IN CÆLVM FIDELES: quæ omnia commemorat Auguſtinus ſub finem tomi decimi in matris ſuæ hiſtoriâ. Huic cum iuſta ſolemni ritu, vnà cum fratre ſuo Nauigio, exoluiſſet Auguſtinus, vt ipſemet inquit *lib.* 9. *Confeſſ. cap.* 8. cum ſuis pariter comitibus ſoluit in Africam; verùm aduerſo excepti vento in Sardiniam pulſi, ciuitati quæ Callari dicitur, applicuerunt, quod ſat iis in partibus notum: erroriſq; huius fit mentio in libro de corrigiâ Clementis VIII. iuſſu in lucem edito.

mirum de ea.

In Sardiniã reluctãtibus Euris per errorem venit Auguſt.

Interea verò donec ſedatior afflaret aura, quò ſe reciperet Auguſtinus, oratoriolum ſex paſſuum longitudinis, & duorum latitudinis in campo erexit: mirum eâ in ſtructura

cùm

cùm trabs quam in tectum exciderant ſui anguſtiâ non quadraret, idq; Auguſtino renuntiaſſent, intulit; nunquid aliquando in ſacrâ pagina lectitaſtis; ſi eam fidem & ſpem habueritis, quâ monti præcipiatis vt in mare feratur, actutum facturum? ac inter verba, trabem ex vnâ parte componente Auguſtino, ex alterâ verò ſociis, non ſine miraculo ſtructuræ appoſitè quadrare viſa eſt. Magna Auguſtini fides

At cùm ab Auguſtini è viuis exceſſu, diruta omnino res Africana, Fratres è mediis infeſtantium Barbarorum flammis excedere vrgeret: quidam eorum; vt & pleriq; alij in ceteros orbis tractus, in Sardiniam deuenere, ac ponè ſacellum, quod memorabile miraculoſa trabs effecerat, quodq; diuinitus ad ea vſque tempora conſeruatum, monaſterium à fundamentis erexerunt. Extat etiam nunc, & ipſa trabs, quam Fratres Auguſtinenſes non ſine cauſſâ venerantur; ſimulq; monumentum, in quo aliquot annis Diui *Patris Auguſtini* corpus, à Beato Fulgentio, & aliis Epiſcopis ac Fratribus ex Africâ in Sardiniam tranſlatum, quieuit, prout Beda & Cæſar Baronius ſcribunt. In Sardinia propagantur Eremitæ

Adhæc licet dicta trabs annis 1219. ad annum 1609. vſq; ſteterit, plurimumq; de eâ, infirmorum cauſſâ, qui particulam hu- Mirum de trabe.

quod & de Seruatoris noſtri cruce dicitur, & de ſtola S. Huberti.

iuſce trabis è collo pendentes à grauibus leuantur morbis, detractum fuerit; nihil tamē de eâ diminutum aduertitur. Proinde tantus eſt omnium in Diuum Auguſtinum animus, trabis huius ac terræ ſepulcri ratione, vt cùm ſub propugnaculi labentis mole plerique loci illius incolæ, conſtitiſſent, cuius inſtante ruinâ præſens ſibi fatum imminere videbant, Auguſtini patrocinium inuocarint: adfuit: & ſani, incolumeſque periculū euaſere, quod cuiuis illarum regionum notiſſimum eſt.

Cap.

CAPVT. II.

Quomodo AVGVSTINVS *ad natale ſolum regreſſus, facultates ſuas pauperibus erogarit: quiúe in nigro habitu zonaq́; pelliceâ, quam in Italiâ monaſticam vitam cœpit, deinceps tenuerit: monaſterium in quadam ſolitudine ædificarit, cui, & Religioſis ſupra centum, qui ſe ei adiunxerant, annos ferè tres præfuit. Quænam præterea Religionis huius approbationes fuerint, & ſint.*

ET verò, vt ad Auguſtinum, à quo digreſſi, regrediamur; ſecundum nactus ventum denuo in Africam ſoluit, quò, vnà cum ſuis nouæ militiæ commilitonibus delatus; vt Tagaſtam, patrium ſolum, venit, facultatibus diſtractis, contractū æs pauperibus erogare, cœnobium apud Hipponem, ex eo quod ſupererat, erigere, vbi triennio, vt inquit Bergomenſis, anno Seruatoris Chriſti 390. ipſe iam profeſſione monachus, cum duodecim primùm ſociis, aliiſq; centum & ampliùs, qui continuò ſe huic inſtituto tradiderant, vitam egit cœnobicam; 12 Collegas primùm habuit Auguſtinus.

Auctor

Auctor eſt ipſe Auguſtinus *ſermone. 21. De trip'ici genere Monachorum.* & habent ſacri Ordinis noſtri Centuriæ.

cur talis inſtituti fuerit Eum ſibi ſtatum delegit Magnvs Avrelivs, quòd intelligeret potiora Eccleſiæ incrementa è Martyrum Chriſti crucem ferentium ſanguine, dimanare, aut è Religioſo Chriſtum inſequentiũ ſtatu, qui martyrij vice, penuriam, abiectionem, labores, cæteraq; religionis incommoda æquanimiter tolerarent. Quapropter mundo nuntiũ remittens ſeſe in ſolitudinem recepit. Habetur in Theatro vitæ humanæ *titulo De iis qui vitam Eremiticam ſunt amplexati lib.12.* & in epiſtolâ Sigiſberti ad Macedonium, & Volaterrano *lib.22. Commentarij in Anthropologiam,* & Æneâ Syluio.

omnium amor in eũ. Tantus porrò erat omnium ad Auguſtinum concurſus, aut dicentem audire, aut de ſuâ ſalute & fide conferre volentium, vt turbas, animi ſolitudinem interpellantes declinare cogitans, ad eremum ſub ſolido altoq; compactam dumo confugiens, latuerit: tantus verò ſuorum ardor in eum fuit, vt ipſum per aſpera, auia, & inhoſpita quæq; ſecuti, ad radices montis, quo ſe receperat Auguſtinus, ſua domicilia, caueas, eremoſq; compingerent.

In eâ autem ſolitudine, vt ſcribit S. Proſper, & Fernandus ab Hiſpaniâ, in carne Seruatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, propriis oculis ſpectare promeruit: Refert in eâ viſione Chriſti ad Auguſtinum verba Ioannes Mabumeus in Roſeto *titulo. 20. alphabeto* 47. cuiuſmodi ea ſunt *Magne Pater Auguſtine filiũ Dei hodie in carne videre meruiſti.* Atq; adeò, quod ſub his infantiæ Ordinis noſtri primordiis, eremos inhabitaremus, ac deinceps hoc inſtitutum continuauerimus, Eremitæ, teſte Coriolano, habemur & dicimur. Chriſtum in carne videt. cur nos Eremitæ?

§. 1. Cap. II.

Qualis Auguſtini habitus; quodq́; nuditatem pedum non ſit profeſſus.

IN eâ porrò ſolitudine communem vitam Auguſtinus cum fratribus omni ſecluſâ proprietate, egit ſecundùm regulam à ſanctis Apoſtolis conſtitutam, vt ipſe teſtis eſt, *ſermone.* 49. & Poſidius in eius vitâ *cap.* 3. ibiq; in ieiuniorum obſeruantiâ, & orationis ardore aſſiduus, ſcribebat libros, & imperitos erudiebat, quam vocationem iam in Italiâ vnà cum ſociis in Mediolanenſi Collegio inchoarat, in Monte Piſano & Centumcellis continuârat, vbi (eodem teſte Auguſtini exercitia. in Italia monachus fuit.

Epiſtola

Epiſtola 86.) ſuadente Ambroſio, feriam quartam, ſextam, & Sabbatum ieiunio conſecrabat. De eius habitu; nec abiectus omnino, vt inquit Poſidius *cap.* 22. nec in nimio habitus fuit pretio: nudo non inceſſit pede, nec fratres qui incederent, inſtituit; licet id minimè damnarit: nam cùm ſermone primo de Sanctis in genere dixiſſet Moiſen calceis vſum fuiſſe, addit: *Nam de his calceamentis, quibus calceati ambulamus conſolatur me idem ipſe Dominus meus. Si enim ipſe calceatus non eſſet, non de illo Ioannes diceret, Non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum. Ego, inquit, Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo: Tu potes, Ego non poſſum. Quod ſimul accepimus, cuſtodiamus &c. Ac ſic fit vt ego amem fortitudinem tuam, & tu portes infirmitatē meam.* Ex quo loco apertè conſtat, quod non ſit, nec fuerit inſtituti Auguſtiniani, nuditatem pedum profiteri.

qualis eius habitus,

calceis vtebatur.

Auguſt. tomo. 10.

Quòd ſi Sanctos ex Eremitarum familiâ, Fulgentium & Ioannem Bonum eam nuditatem amplexatos inuenerimus, hoc ſuperiorum permiſſu factitatum iudicemus; qui, vt quibuſdam in ſolitudinem vitæ ſolitariæ cauſſâ, ſecedendi facultatem concedebant, ita his nudo pede ambulandi, in quibus obſeruantia maior, arctiorque elucebat.

Cur ergo Fulgentius & Ioannes nudis pedibus?

Et quamuis è noſtris quidam in vnum conuenientes hac nuditate à nobis ſeſe ſegregarint: nihilominus, nec nudis pedibus ambulaſſe Auguſtinum, nec huiuſmodi Monachos inſtituiſſe, certiſſimum: ſed quò maiora virtutum incrementa ſuſcipiebat, eò in ieiuniis, vitæq; auſteritate continentiùs procedebat. Vnde in Monaſterio quod in natali ſolo extruxerat, eſu carnium abſtinebat: atque eam rebus in omnibus mediocritatem adhibebat, vt (quemadmodum priùs tactum eſt) nec vili nimiùm veſte vteretur, nec ſpectabili. Legumina menſam eius inſtruebant, carnes rariſſimè, atq; tum ſolùm cùm hoſpites haberet, aut eius ſanctitatis famâ pellectus Valerius Hipponenſis Epiſcopus, eum inuiſeret: tum enim aliquid carnium leguminibus ſuis addebat.

Notantur Auguſtin. nudipedes.

Auguſtini frugalitas.

§. 2. CAP. II.

Eius Religio Sancti Antiſtitis Valerij permiſſu approbatur.

ATqui ex eâ Beati Valerij frequentatione & conſuetudine factum eſt, vt cùm monaſticæ vitæ genus ab Aurelio Auguſtino inſtitutum, perſpectum habuiſſet, ipſum, ceu Ordinarius, permittendo ſolùm comprobarit, prout receptus mos ferebat ab Apo-

Conſuetudo vetus approbandi naſcentia Collegia.

ab Apoſtolorum temporibus ad Chalcedonenſe Concilium vſq; , ſub Leone Primo anno redemptæ naturæ 452. celebratum, nam, vt ait Bartolus *lege 1. ff. De Coll: giis illicitis, & lege 3. eiuſdem tituli. Collegia miſericordiæ & quæ ad pietatem reſpiciunt ſunt approbata de iure communi*, quia, vt dicit caſus legis *Omne collegium eſt illicitum, niſi ſit permiſſum ab aliquo S.C. vel à Principe.* Itaque non aliter pia eorum temporum collegia & cœnobia quàm Epiſcoporum permiſſione, approbari erant ſolita: & eum in modum ſe habuit cum Diui Auguſtini monaſterio Præſul Valerius.

quæ reſtricta eſt. & in permittentis libera auctoritate poſita.

Poſtea verò in Concilio Chalcedonenſi *cap.* 4. decretum eſt, vt quilibet Epiſcopus in ſuâ Diœceſi, quodcunq; nouitium Religioſæ profeſſionis genus ſuâ auctoritate confirmaret, approbaretq;, ſine quâ nullum inſtitui, cenſeriq; poſſet; vt patet in decreto *De Religioſis domibus, cap. vnico: in. 6. §. Sanè.*

Cur Alex. 4. Auguſtiniana inſtitutū confirmaſſe videatur,

Quod ſi Alexander Quartus, vt notat Azorius, quendam confirmationis modum reſcripto fecerit, hoc ſupererogatiuè factũ putandum eſt; quoniam Religionis membra, in tot, tamq; varias, à Diui Patris Auguſtini obitu diſperſa congregationes, vitæ etiam laxioris; in vnum corpus coëgerit:

Vnde

vnde non tam confirmaſſe Religionem, quàm tot Congregationum vnionem, quã-vis ab vno eodemq; capite dimanantium, approbaſſe cenſendus eſt.

CAPVT. III.

Quomodo Hipponis Regij ad presbyterium promotus Auguſtinus. Ac de monaſteriis quæ ante Epiſcopatum ædificauit; & lege, quam ſibi præſcriptam Fratres continuò ſeruauêre.

CVm Auguſtinus in monaſterio quod in natali ſolo erexerat moraretur, ei ſe occaſio Hipponem proficiſcendi obtulit, ſiue vt è familiaribus ſuis quempiam adiret, quem monaſterio ſuo & Religioni lucrifacere optabat, vt ipſe ſermone vndequinquageſimo citato fatetur, & Beatus Poſſidius in eius vitâ *cap.* 3. ſiuè vt de Fratre quodam Simplicio requireret, qui vindictæ appetens, vt paternam mortem vlciſceretur, monaſterio exceſſerat: cuius etiam meminit Beatus Pater Auguſtinus ſermone 28. ad Fratres & *lib.* 4. *De animâ & eius origine. capitulo.* 7. *tomo.* 7. ſiue vtraq; de cauſſâ.

Cur Hipponem ierit, cauſſæ duæ.

notabilis in Religioſo naturæ impetus.

Cùm itaq; Hipponem veniſſet Auguſtinus, eiuſq; in vrbem aduentus Valerio Antiſtiti, qui auidè eum in ſuâ vrbe videre deſiderabat, innotuiſſet, eum ibi moram facere compulit; ac importunis populi flagitationibus acquieſcens, quòd Parochum deſideraret, vt inquit Poſidius in vitâ, *cap.* 4. *&* 5. Auguſtinum ſacro presbyterij ordine, ſub ſacris Pentecoſtes feriis, iuxta Sigiſbertum, cumulauit, eiq; iam presbytero conciones in Eccleſiâ ſuâ habendi, ceu Paſtori, poteſtatem fecit.

Sacerdos fit Auguſtinus, & Eccleſiaſtes.

Cumq; Magni Auguſtini inſtitutum beato ſeni Valerio cognitum foret, vt inquit Poſidius, eumq; Fratrum ſuorum abſentiã ægriùs ferre intelligeret, ei prædium pone vrbis Hipponenſis mœnia, quæ modò Barbaris Bona dicitur, aſſignauit; in eoq; monaſterium Auguſtino, eiusq; quos ſecum habebat ſociis ædificauit. His addit Henricus ab Alemaniâ in eâ quam in membranis conſcripſit Auguſtini hiſtoriâ, etiam hac tempeſtate templi illius rudera, parieteſq monaſterij cerni, ac in flumine, quod ipſum & ciuitatem interfluit, mira Deum operari, quòd ſe ad eius ripam contemplandi ſtudio Auguſtinus recipere ſoleret. Idem adfert in ſuis Collectaneis Nicolaus ab Alexandriâ:

Hortum dat Valer. in monaſt. ſtructurã.

cuius extãt veſtigia.

mira in alluente flumine.

driâ : qui inſuper addit, nonnulla eorum quæ ibi contingunt miracula, ideò fieri, quòd eam terram ſanctis ſuis pedibus calcarit Auguſtinus, ibiq; ſacrum fanum & Collegium ædificarit, quod etiam-num Eremitarum appellatur. Vnde ſi quod brutū animal intra horum parietum ſepta venerit, ita terræ pedibus fixum hæret, vt ſine vi dimoueri nequeat; adeo vt ſi boues aut oues fuerint, lanam, pellemue ſolo adfixam relinquere cogantur. Et fide dignus quiſpiam anno ſapientiæ incarnatæ 1602. ſe monaſterij illius cæmenta vidiſſe, certò mihi adfirmauit. Et in continente, vbi monaſterium.

§. 1. CAP. III.

Fit Eccleſiaſtes, & intra ædis ſacræ ambitum, ſibi ſuiſq; monaſterium erigit.

SAcerdotali igitur munere inſignitus Auguſtinus, cùm ceu Paſtor Catholici gregis, ſacello quod in Eccleſiis collegiatis huic miniſterio deputari ſolet, deſeruiret; reſidentiam neceſſariam proſpiciens, aliud monaſterium ſacello contiguum, intra Cathedralis Eccleſiæ ambitum erexit, ſibiq; in rerum peritiâ verſatiſſimos quoſq; è ſuâ Religione, quibus regulam ſcriptam dederat, quam in Italiâ priùs, ceteriſq; locis edocti Qua occaſione ſecūdum monaſterium erigat.

 ſerua-

ſeruabant, adiunxit. Ex Poſidio id apertè deducitur, qui capite quinto inquit. *Factus ergo presbyter, monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit. & cœpit viuere ſecundum regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam.* Vt verò intelligatur, non hinc primùm eam vitæ normam egreſſam, verùm ipſam priùs cum monachiſmo amplexatum Auguſtinum, addit. *quod iam prior ipſe fecerat, dum de tranſmarinis ad ſua remeaſſet.*

Idem colligitur ex Diuo Antonino à Florentiâ, qui tertiâ parte, *titulo* 24. *cap.* 14. §. 2. inquit: *Aliud monaſterium in ciuitate conſtruxit, in quo cum Religioſis viuebat, & regulã eis ſcripſit; & in ſacrâ paginâ eruditos ab eo, ad prædicandum populis ordinauit.* Ex ipſo etiam Auguſtino hæc veritas elici poteſt, ait enim ſermone 49. *De diſquiſitione & communi vitâ clericorũ*, qui citra controuerſiam eius iudicatur: *Ego, quem (Deo propitio) videtis Epiſcopum veſtrũ, iuuenis veni ad iſtam ciuitatem, & multi veſtrum nouerunt. Quærebam ubi conſtituerem Monaſterium, & viuerem cum Fratribus meis, &c. Veni ad iſtam ciuitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari poſſe Deo, vt nobiſcum eſſet in monaſterio* &c.

Auguſtini Paupertas.

Non attuli aliquid, non veni ad hanc Eccleſiam, niſi cum iis indumentis, quibus illo tempore veſtiebar:

ſtiebar: Hinc colligitur Auguſtinum in Epiſcopatu monachalem habitum non immutaſſe : *Et quia hîc diſpendebam eſſe in monaſterio cum Fratribus, cognito inſtituto & voluntate meâ beatæ memoriæ ſenex Valerius, dedit mihi hortum illum in quo nunc eſt monaſterium: cœpi boni propoſiti fratres colligere, compares meos nihil habentes ſicut nihil habebam, imitantes me, vt quomodo ego tenuem paupertatulam meam vendidi, & pauperibus erogaui, ſic facerent & illi qui mecum eſſe voluiſſent, vt de communi viueremus. Commune autem nobis eſſet, magnum & vberrimum prædiū ipſe Deus.* Quæ Auguſtini citra omnem contentioné verba ſufficiebant, vt in eam fidem adduceremur, quâ Diuum Aurelium Auguſtinum monachum fuiſſe, monachos inſtituiſſe, monaſteriumq; priuſquam Antiſtitis dignitate illuſtraretur, condidiſſe crederemus. in ſigne teſtimonium Auguſtini.

Ceterum teſtatur etiam Lælius *lib. De Repub. Eccleſiaſticâ: titulo. De Religio. diſtinct. cap.* 2. his verbis. *Auguſtinus igitur Hipponenſis Epiſcopus, antequam Epiſcopus eſſet, prope Hipponenſem ciuitatem monaſterium in nemore condidit, cui nunc Eremitarum eſt nomen.*

Quóue hoc ipſum dilucidius fiat, proſequitur Auguſtinus: *Perueni ad Epiſcopatum, vidi neceſſitatem habere Epiſcopum exhibere* eius hoſpitalitas.

humanitatem aſſiduam quibuſcumq; venientibus, ſiue tranſeuntibus, quod ſi non feciſſem, Epiſcopus inhumanus dicerer: ſi autem conſuetudo iſta in monaſterio permiſſa eſſet, indecens eſſet. Et ideo volui habere in iſta domo Epiſcopi mecũ monaſterium clericorum. Ecce quomodo viuimus: nulli licet in ſeruitute noſtrâ habere aliquid proprium. &c. De hoc monaſterio quod Auguſtinus Epiſcopus condidit, in quo ſe cum ſuis Canonicis collegit, dicetur infrà.

tertium monaſteriũ ſe ædificaſſe inſinuat.

Addit autem ipſe ſermone quinquageſimo *De vita Clericorum*, Leporium qui è Canonicis Regularibus fuit, priuſquam inter Canonicos referretur, monaſterio Fratrum Auguſtinenſium, quod ab Auguſtino ante Epiſcopatum in horto erectum fuerat, facultates quas poſſidebat, intuliſſe. E quibus Auguſtini verbis meridianâ luce clariùs conſtat, eum, priuſquam Epiſcopatui præficeretur, cumq; adhuc Religioſus ſimplex foret, cùm Hipponem veniſſet, Religioſorum monaſterium in horto inſtituiſſe, poſteâ verò aliud intra parochialis ædis ſepta; vt videre eſt in his, vbi Antiſtiti Auguſtino, non è religione viſum eſt, hoſpitalitatem omnem in monaſterio exerceri: quod non affirmatum videtur eius ratione quod in horto extra vrbem erat, verùm illius quod

Eccle-

Eccleſiæ ambitu continebatur. Vnde addit ſe de alterius tertij in ipſâ Epiſcopali domo, pro ſe ſuiſque Canonicis erectione, conſtituiſſe, in quo hoſpitalitas exerceretur, ne aliorum Religioſorum ſolitudo & quies interturbaretur. Hæc confirmata reliquit Hieronymus Platus *libro 2. cap. 22.*

Porrò Cæſar Baronius *tomo 6.* anno ſalutis humanæ 504. quærit. *Vnde monaſtica inſtitutio fluxit in Africam?* Reſpondet. *Non ab alio quàm ab ipſo Sancto Auguſtino, qui eamdem ex Romanâ & Mediolanenſi Eccleſiâ primitus in Africam inuexit, atq; latiſſimè propagauit: vt planè intelligas, quam Sanctus Fulgentius profeſſus eſt regulam, ab ipſo S. Auguſtino deriuatam eſſe, diuerſiq; ordinis ab eo inſtitutas fuiſſe claſſes.* In Africa monaſticã diſciplinam plantauit

§. 2. CAP. III.

Monachis ſuis coëremitis præfinit regulam.

SEd vt ad monaſterium redeamus quod intra Eccleſiæ fines conſtituit, cùm Sacerdotio & Paſtorali curâ fungeretur, ad quam, teſte Poſidio in vitâ capite quarto, totius ciuitatis calculis aſſumptus, ideoq; in ſacerdotem vnctus: quâ de cauſſâ etiam in ſuâ regulâ poſuit *Præpoſito obediatur*, quia tum cùm eam daret Laicus erat, *& multò ma-*

gis presbytero tanquam patri: quâ voce, iuxta Primitiuæ Eccleſiæ vſum, Superior monaſterij ſignificarur. Igitur in ſecundo eorum monaſteriorum quæ in Hipponenſi ciuitate fundauit, ſui monachiſmi conſcripſit regulam, quæ ſic incipit, *Ante omnia Fratres chariſſimi diligatur Deus, deinde proximus*. &c. Aſſertores habentur Vincentius Beluacenſis *lib*. 19. *cap*. 44. Coriolanus in defenſorio: Nicolaus verò ab Alexandriâ ſic inquit, *Auguſtinus factus presbyter, quia in ciuitate ipſũ oportebat manere, iuxta Eccleſiã monaſterium inſtituit, & ibidem ſecundum præfatam regulam viuere cœpit*, eamq; inibi ſuis Fratribus conſcriptam tradidit, vt ex eâ, eiuſq; patet titulo, iuxta Bedam & Louanienſem Academiam; ſic enim in eius titulo habetur *Dei ſeruis*, quod nomen ab Augnſtino conſodalibus Religioſis, quos ab Italiâ ſecum aſſumpſerat, impoſitum eſt: Sic Poſidius, & Auguſtinus *lib*. 22. *cap*. 8. *De Ciuit. Dei*.

vbi conſcripſerit regulam,

Atqui cùm eam ſcripſiſſet regulam, in eius traditione, Beati Valerij auctoritate, quam in id ei, vt Præſtes Eccleſiaſti ſuo detulerat, vim legis obligantis indidit: concurrit *cap*. *A Subdiacono*. *diſt*. 93. Eaq; princeps omnium earum fuit, quæ in Dei Eccleſiæ ab Apoſtolorum ſæculo fuêre, ac perfe-

eius regula pontificia auctoritate habet vim legis.

eſt & primaria.

ctum vitæ Apoſtolicæ modum tradidêre, & ex ipſa Apoſtolorum regula educta, quam Diuus Lucas *Act. cap.* 4. literis conſignauit.

Ex ea deniq; Sanctus Benedictus plurima ſumpſit, quæ nunc regulæ ipſius inſerta conſpiciuntur: à qua & ceteræ omnes vltimum ſuæ perfectionis gradum acceperunt, vnde primaria habetur, & in hominum æſtimatione, modumq;, præ ceteris quas vidit Eccleſia, omni Eccleſiaſtico ſtatui conuenientiorem tenet. Qua de re ſupra quadraginta Religióſorum Ordinum claſſes ſub hac merent, *Ileſca teſte parte.* 1. *lib.*2. *cap.*8. *& Pineda. part.*3. *lib.* 22. *cap.* 13 §. 6, quæ omnes PATREM & CAPVT ſuum profitentur AVGVSTINVM, quòd hanc regulam concinnauit, quam illius eſſe admittunt omnes, & talem tradit Eccleſia, & vt talis habetur in Decret. 12. *quæſt.* 1. *cap. Non dicatis. & cap. Nolo. & cap. Certè.*

Inde ſuam eduxit Benedict.

auream tenet mediocritatem.

§. 3. CAP. III.

Triplici regulâ, trium Patriarcharum inluſtris orbis, quarum vna Auguſtini perhibetur.

QVòd deniq; ea ſit Patriarchæ Auguſtini regula quam ipſe Fratribus ſuis Eremitis tradiderit, affertur ex Concilio Remenſi anno Chriſti Seruatoris 815. *& ex*

verè ea fuit Auguſtini.

Cauſſâ 18 *quæſt.* 2 *cap. Perniocioſum.* Quoties etiam huius mentionem à Summis Pontificibus fieri contingit, toties ea Auguſtini nuncupatur; ad cuius normam, quotquot in Africâ Cœnobia feêre, & cetera omnia quæ ex Africæ vaſtatione in reliquas orbis plagas deriuata ſunt, ſeſe direxêre. Nos denique tanti Patris filij Auguſtinates, ab inſtitutionis noſtræ infantiâ eam profitemur.

Baſilius monachis Aſiam inluſtrauit.

Quemadmodum enim Sanctus Præſul & Doctor inluſtris Baſilius Monachis, qui Aſiæ ſolitudinibus continebantur, legem dedit, anno lytri in ſolutionem noſtram Deo perſoluti 372. iuxta Bergomenſem: ita Diuus Pater & vnica totius Eccleſiæ fax Auguſtinus nouos Eremitas in Africa ſuſcitauit anno libertatis humanæ 393. quibus & legem quâ adſtringerentur, præſcripſit.

Auguſtinus Africam.

Benedictus Europam.

At verò limpidiſſimum ſanctitatis ſpeculum Diuus Pater Benedictus, Europæos monachos ſub vnâ lege comprehendi voluit, vnde eos in Caſſino monte Italiæ in vnum coëgit anno Verbi incarnati 500. iuxta eundem ſanè fidum hiſtoricum Bergomenſem: ingeniorum porrò capaciſſimum Cæſar Baronius tomo 6, anno Chriſti 494. Diuum Benedictum anno ſalutis quingenteſimo quadrageſimo ſecundo vitâ functum memorat,

quando Benedict. diē obierit.

morat, cùm ætatis ſuæ annum ſexageſimum ſecundum attigiſſet.

Vnde diuinâ prouidentiâ effectum eſt, vt iſti tres monachalis inſtituti Patriarchæ, orbem tripliciter partiti, vitæ conditionem monachis, Religioſis, & Eremitis cuiuſlibet eius plagæ, præſcripſerint. Triplicis huius regulæ bis meminit mellifluus Bernardus *tractatu De præcepto & diſpenſatione*, quas ex ordine ſuæ antiquitatis refert: ait enim *Regula Sanctorum, Baſilij, Auguſtini, & Benedicti.*

§. 4. CAP. III.

Sacris initiandos è peritioribus proponit, è quibus multi ad epiſcopalia munia aſſumpti.

CVm igitur monaſterium, quod Eccleſiæ Cathedrali contiguum erat, inhabitaret Auguſtinus vnà cum religioſis Alipio & Euodio, aliiſq; coëremitis, è politioris literaturæ viris quos ſecum habebat, prout refert Sanctus Antoninus à Florentiâ, Iordanus etiam cum Bergomenſi anno Chriſti 390. & Beatus Poſidius in eius vitâ cap. 11. eos ſacris initiandos beato ſeni Valerio propoſuit: nec mora, initiantur, quòd eos eruditio, vitæq; ſanctimonia dignos redderet; quodq; in eis capitis & præceptoris ſui Auguſtini.

guſtini,inſtituti probitas,& doctrinæ puritas eluceret: vnde etiam non multo pòſt tempore, decem ex eo numero ad Epiſcopalis dignitatis faſtigiũ provecti fuêre. His addit Poſidius quemlibet eorum intra Epiſcopatus ſui fines Fratrum Eremitarum monaſteria erexiſſe,quò factum eſt,vt per vniuerſam Africam (quæ orbis pars tertia) Auguſtinenſis familia ſenſim propagaretur.

Decem primùm ex iis ad Epiſcopatur aſſûpti.

Porrò Cæſar Baronius tomo. 5. anno Chriſti 398.quotquot iis temporibus presbyteri ſacrabantur, ex iis fere fuiſſe inquit, quos ſanctus Doctor Auguſtinus inſtituerat: conſtat etiam ex epiſtola 35. Vbi Nolanus Antiſtes Sanctus Paulinus, ad Alipium Tagaſtenſem Epiſcopum ſcribens, religioſos ſalutat Coëremitas ſuos, qui in cœnobiis Carthaginenſi, Tagaſtenſi, & Hipponenſi agebant.

præter Auguſtinenſes vix vlli initiobantur.

Adhæc eodem Cæſare teſte tomo.3.anno Chriſti 363. & tomo 4. anno 391. & tomo. quinto anno 396.& ſexto,anno 504.& Genebrardo libro tertio Chronographiæ anno 433.primus qui cœnobicum vitæ genus Monachoſq; in Africam induxit, fuit Auguſtinus: eſtq; extra omnem controuerſiæ aleã, Religioſos omnes, quotquot ij in Africâ fuêre, aut inde ſeſe in varias orbis plagas tranſtulere,

Africani monachi omnes, Auguſtinenſis.

tulere, Patri Auguſtino, eiuſq; ordini adſcribendos eſſe. Adſtruitur ex eo, quod Diuus Benedictus necdum natus eſſet: Baſilius verò inſtituti ſui ſeminibus Aſiam fœcundarit.

Facit etiam quod de ſe Auguſtinus inquit, ſcilicet, Petiliani Donatiſtæ ſubſannationi patuiſſe, quod hoc vitæ genus, monachoſq; in Africâ innouaſſet cum hac nouitiâ ſalutationis formulâ *Deo gratias*, cuius licet Beatiſſima Virgo mater auctor cenſeatur, eam tamen ſuis vſurpandam prior dedit Auguſtinus, à quibus deinceps ceteri ſunt mutuati. B. virgo auctor huius vocis *Deo gratias.*

§. 5. CAP. III.

Inſtitutionis noſtræ antiquitas proponitur.

ANtiquior ergo ceteris, eſt noſtra inſtitutio. quamuis enim (vt habetur in ſermone Epiſcopi Fernandi ab Hiſpaniâ, & confirmant Caſſaneus *part*, 4. *Conſideratione* 71. Sanctus Antoninus *part.* 3. *titulo* 24. *cap.* 14. cum Henrico ab Alemaniâ) Ordo Eremitarum S. Auguſtini, à Sancto Paulo primo Eremita, & Diuo Antonio qui anno Seruatoris 250. exſtiterunt, cœperit: ideò eſt, quia à vitâ Eremiticâ; quam illi inſtituerant, ſumpſit exordium; vt & Diui Benedicti ordo ab Origo Auguſtinatû. Vnde Benedictini?

Italiæ

Italiæ monachis, iuxta Diuum Gregorium *lib. 2. Dialogorum cap.* 1. *&* 3. Ex quo patet quid voluerit Sanctus Antoninus, quodq; ex eo, aut potiùs ex typographi errore deduxit Nauarrus *tomo 2. de Regularibus. Commentar. 4. num. 9.*

Auguſtinus regularis obſeruantiæ auctor.

Vitæ autem regularis & Apoſtolicæ auctor fuit Auguſtinus: non diſſentit Nauarrus ipſe, nempe Diui AVRELI AVGVSTINI temporibus Fratres Eremitas fuiſſe, qui iuxta Doctoris Sancti præſcriptum vitam ſuam componerent. Tandem (vt verbo ſoluamus) vt primum Chriſto nomen dedit Auguſtinus, Apoſtolicis inſiſtens veſtigiis, cum nouo vitæ genere monachiſmum inſtituit, ſic Poſidius in eius vitâ: ac familiari Religioſorum delectatus conſortio, totis animi viſceribus in Deum ferebatur: omni demum ſæculari ſpe demortuâ, ſpretis honoribus, ac conſequentem flocci faciens typhum, vni Deo & ſoli cum amicis qui iam in puſillum quaſi gregem conuenerant (vt dicitur Luc. 12.) vacare ſtatuebat, ſequutus conſilium Chriſti Marci. 19. *Si vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me, & habebis theſaurum in cælo.* quod re ipſâ expleuit Auguſtinus.

ſtatim à ſuo baptiſmo.

Præterea, vt inquit Lælius *De Religion. diſtinct.*

tinct. cap. 2. Auguſtinus antequàm Epiſcopus eſſet, prope Hipponenſem ciuitatem monaſterium in nemore condidit, cui nunc Eremitarum eſt nomen, quod eo viuo & mortuo pòſt maximè eſt propagatum, & ad varias regiones extenſum, donec Innocentius Quartus anno 1247. *Eremitas variè ſparſos, loco & habitu coniunctos ad Auguſtini regulam aggregauit. Quod & poſt Alexander Quartus eius ſucceſſor, diligenter eſt executus.* Iactis itaq; fidei fundamentis ex Pauli 1. *Corinth.* 3. ſententiâ, plenis animis Auguſtinus ædificare contendens, non ligna, non fœnum, non ſtipulas; ſed aurum, argentum & lapides pretioſos, Apoſtolicæ vitæ ſe tradidit, ſtatumq; religioſum vſq; ad nouiſſimã extremi ſpiritus auram non dimiſit: quoniã, vt refert Poſidius *in eius vitâ cap.* 31. vnde Teſtamentum conderet Chriſti pauper, non habebat, licet Antiſtitis potentiâ emineret, & ex Epiſcopali cenſu (vt quorundam fert opinio) quadraginta aureûm nummûm millia annuè perciperet.

Eamq; tota vita eſt profeſſus.

§. 6. CAP. III.

Ανακεφαλαίωσις præcedentium.

ATqui iam vt dicta verbo commemoremus: cùm Mediolani, in monte Piſano, & Centumcellis verſaretur Auguſtinus,

nus, ne vel latum vnguem à monaſticæ vitæ inſtituto receſſit: imò vt in patriam rediit, in eâ monaſterium fundauit, & aliud Hipponis Regij eo in horto, quem non mediocri encomio efferendus Beatus Præſtes Valerius ei contulerat. Factus demum Presbyter & Eccleſiaſtes, vt ait Iordanus *Serm.* 130. *De S. Auguſtino.* tertium intra Eccleſiam ædificauit, vbi, iuxta Poſidium, cœpit viuere ſecundum regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam, quod quidem, pridem ante fecerat, cùm ex Italiâ in patriam terram ſeſe reciperet, & in eo ipſo cœnobio, quod inibi condiderat. Propterea tamen hîc Auguſtinum vitæ Apoſtolicæ rationem inijſſe dicit, quòd, cum in Italiâ, in ſolo patrio & alibi, communem vitam ſine proprio in caſtitate & obedientiâ ageret; necdum formata & in tabulas redacta erat regula, neque etiam Eccleſiaſticâ auctoritate ſtabilita; ſecus autem ſe hîc habuerit.

tria monaſteria ante Epiſcopat. condidit.

Cur in eorum 3. dicatur cœpiſſe viuere ſecund. regul Apoſtolicam?

Viuebat tum prout conſuetudo eorum temporum ferebat: modò vt Prælatus monachos ſuos inſtitutis & præceptionibus formans, modò vt Religioſus laicus cum ſuis etiam Laicis: fatetur ipſe *lib.* 22. *De Ciuit. Dei, cap.* 8. Receptiſſimum quippe eâ ætate erat non ſacrare monachos ordinibus, vt con-

olim non initiabantur monachi,

vt conſtat ex *Capitulo A Subdiacono*, *&* *ex Cauſſa* 16. *quæſt*. 1. *cap*. *Generaliter* & ex Diuo Hieronymo *Epiſtola* 6.

CAPVT. IV.

Quomodo legem à ſe conditam monaſteriis ſuis dederit Auguſtinus, cærimonias, vitæq; Apoſtolicæ normam præſcripſerit. Quod factum oportuit, vt ab his quaſi fontibus dimanarent cetera.

IN memorato itaq; Eccleſiæ parochialis monaſterio Sacerdos cum Sacerdotibus agere cœpit Auguſtinus, & ſub lege, ſeu regulâ ſcriptâ, & à Diuo Valerio approbatâ, vnà cum ſtatutis, ordinationibus, omnibusque ad plenarium abſolutæ religionis complementum requiſitis. Præterquam enim quod triplici votorum nexu ſtringerentur Eremitæ, diuinum cultum publicè exequi, miſſas facere, concionari, pœnitentiæq; ſacramentum Apoſtolos imitati, plebi adminiſtrare: quod haud antea præſtiterant, vt qui ſacris Ordinibus initiati non eſſent. Ideo verò Beatus Poſidius inquit, hinc Auguſtinum Apoſtolicæ vitæ methodum obſeruaſſe, eamq; omnibus abſolutam numeris:

Eremitæ Eccleſiaſtica officia exequuntur.

quamuis anteà Centumcellis in Eremiticâ eorum temporum ſinceritate eam inijſſet: vnde propriè & formaliter dici poteſt, Religionem quam profeſſi ſunt Fratres Auguſtinenſes qui tum erant, nec non ij qui deinceps ſunt ſecuti, & qui extant modò, ab eo monaſterio ſua duxiſſe principia, quod Auguſtinus Presbyter & Eccleſiaſtes intra cathedralis ædis terminos conſtituerat, cuius etiamnum extat ſtructura.

regulam approbatã tradidit Auguſt. in 3 monaſt.

Quod ſi in officio Eccleſiaſtico ſacris illi feriis aſſignato, Clericorum regulam conſcripſiſſe dicatur, ideo dictum cenſeri debet, quia tum Magni Patris filij & ſocij, venerando presbyterij Ordine inſigniti erant, ac poſtea etiam Canonicis ſuis illam ipſam tradiderit: ita vt in eo cœnobio Fratribus ſuis regulam vitæq; inſtituendæ rationem præſcripſerit Auguſtinus, quam continuò ei inſiſtentes obſeruarunt; habitum vnà inditumq; ſibi à Diuo Patre nomen conſeruantes.

cur dicatur regula Clericorum.

§. 1. CAP. IV.

Præſagia auctoritatis huius inſtitutionis.

EApropter Abbas Ioachim, fundatoris huius ſacræ Religionis magnitudinem, feliciaq; principio fundamina voluens animo,

mo,pneumatequaſi raptus entheo in ſuâ ad Apocalypſin Iſagoge,*cap.* 20.hanc Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Religionem in Iuda Iacob Patriarchæ figuraram aſſeuerauit; ac de eâ,eodem libro *cap.* 11. in hanc ferè ſententiam eſt vaticinatus: Iudas Patriarchæ Iacob figura fuit huius religionis.

Eremitarum Religio ſurget, quæ noua videbitur,nec tamen eſt eorum,qui atro veſtitu,cinctorio pelliceo ſupercincti incedũt. Creſcet ipſa, verbi Dei prædicatione fulgebit,ac Chriſti fidem vſq; ad conſummationem ſæculi aduerſus Antichriſtum propugnabit.

Addit verò vir pius & circa puluerem peritus Pater Henricus ab Vrimariâ,eam eſſe Diui Patris Auguſtini Religionem:etenim, vt habetur Eccleſiaſtic. *cap.*3. *Benedictio patris firmat domos filiorum.* Deniq; ceu arboris rami à participatâ radicis vi in altum protuberant; ſic etiam credi poteſt eam ineſſe vim eruditioni ac vitæ ſanctimoniæ, tam Patris Auguſtini,inſtituti huius auctoris, quàm filiorum, vt illius potiſſimùm intuitu, diuinæ benedictionis rorem in nouiſſimos filiorum Auguſtinianæ Religionis deſcenſurum,probabile videatur, quemadmodum Patriarchæ Iacob benedictio in filium Iudã & nepotes eius deriuata eſt. Nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam.

Huic ordini infenſus Dæmon.

Imò verò acriores ob id forſan Dæmon in eam fecit impetus, quàm in vllam aliam ceterarum Religionum, velut priùs in primum parentem Adamum, dicente Baſilio fecerat. Etenim quemadmodum Aurelius Auguſtinus malleus fuit, qui caninos oblatrantium hæreticorum dentes contudit ac comminuit: tales erunt eius filij Eremitæ Auguſtinenſes, qui in Antichriſtum aduerſi ferentur, ac contra caſtra metati, fallacis illius animi inſidias aperientes, collatis ſignis de typho eius triumphabunt.

quia Antichriſto opponendus.

§. 2. Cap. IV.

Quantùm ſectariis ſemper aduerſa.

Innuitur Luther qui reiecit diſciplinam patris ſui.

ET quamuis ab hac ſacrâ plantâ ſurculus quidam degenerarit, qui ei fictitiè inſitus, ceu alter Iudas, aruit: cuiuſmodi oculis noſtris ſpectanda venit Germaniæ congregatio, cui nomen *Andreæ proles*, quæ virtute bullæ cuiuſdam ſeu ſcripti Pontificij ſubreptitiè habiti, à Generalis noſtri obedientiâ anno ereptionis humanæ 1505. deſciuit, ac ſequeſtrata eiuſmodi fructus produxit qui expectari poſſent ab eo, qui ſe luci, doctrinæ ac ſanctitati ſubtraheret, quâ ſemper fulſit Auguſtini ordo; ſtetit nihilominus Auguſtini propago, ſuum omne robur

κακὸς κόραξ, κακὸν ὠόν.

ſcalmo fracto non perit nauis.

bur ſcriptis & linguâ in hæreſes ac Sectarios diſceptando expendens: ſicut etiã in hanc factioſam congregationem fecit & in factionis totius caput, in Comitijs Generalibus in quibus Seripandus ille qui Archiepiſcopus Salernus Cardinalis, & in Concilio Tridentino Legatus à Latere, in totius Ordinis Generalem eſt electus : nam tum vniuerſus Ordo ſanctiones, decreta in hanc turbulentam Conuentionem ſtatuit, promulgauit. in quo hæc ſacra Religio radicem ſucco & guſtu à quâ dimanauit, reddere nunquam deſtitit.

Hanc infeſtam luem damnauit ordo.

Hinc qui magnorum virorum eruditione, & vitæ ſanctimoniâ, fœcunda huius ſanctæ inſtitutionis primordia mente conſecutus fuerit, meritò magnos in ea progreſſus deſiderabit. Viſum enim eſt Inſtitutoris noſtri Auguſtini ætate, Africam omnem adeò Cœnobiis Eremitarum Sancti Auguſtini repleri, vt nulla ſolitudo, quantumuis inhoſpita, nullum opidum, nulla ciuitas foret, quæ non monaſterio centum, & ducentorum Religioſorum inſigniretur: teſtis ipſe Auguſtinus *ſerm*: 21. *&*. 22. ad *Fratres*: Diuus autem Poſidius in eius vitâ *cap.* 31. eum monaſteria plena fratrum & Sanctimonialium reliquiſſe teſtatur.

quantùm incrementi fecerit in Africâ.

§. 3. CAP. IV.

Varij feruntur Martyres quibus ea claruit,

ATqui cùm (vt inquiunt Cæſar Baronius & Genebrardus) monaſticum inſtitutum primus in Africâ ſuſcitârit Auguſtinus, atq; ea vaſtiſſima, vt quæ tertiam orbis partem conſtituat, Fratribus Eremitis abundarit; cumq; ij à Diui Patris pectore, qui eis & literarum, & vitæ diſciplinā auidè miniſtrabat, ſcientiæ & eruditionis lac hauſerint, ac in hæreſeωn peſtes acerrimi fidei propugnatores ardentiſſimè ferrentur: extra controuerſiam eſt, propè infinitos fuiſſe huius ſacræ vocationis Religioſos, qui vitæ integritate & eruditionis ſinceritate florerent.

Hinc non multum à ſcopo aberraſſe videretur, qui, quòd noſtris hominibus tertia orbis pars occuparetur, hanc Diui Auguſtini propaginem, pluribus vitæ ſanctitate, & humanarum diuinarumq; rerum peritiâ viris inſignibus fœcundatam quàm ceteros vniuerſim ordines, claruiſſe dixerit. Inde eſt quòd Beatus Iordanus in libro qui *Vitas Fratrum* inſcribitur, & Henricus ab Alemaniâ in Apologiâ quam in membranâ poſtquam in Comitiis generalibus Ratiſbonæ habitis

ceteris ordinibus clarior Auguſtinenſis.

habitis interfuiſſet, ſcriptam reliquit, exſcripſit Henricus ab Vrimariâ anno exemptionis humanæ 1304. tot Fratrum Auguſtinenſium monaſteria in Africâ fuiſſe dicant, qui toto pectore in Euangelicæ veritatis defenſionem niterentur, vt cùm in eam irruptionem facerent Vandali vnà cum Alanis Barbaris, qui cum Arianâ peſte graſſantes eam ſunt depopulati, præter innumeros, quos variè cruciatos internecioni dederãt, bis mille quingentos vocationis Auguſtinianæ Fratres inuſitato tormentorum genere adfectos, martyrio cumularint, prout in Archiuis Romanis in Ephemerides relati videntur; & habentur in libro indulgentiarum corrigiæ, quem anno Chriſti 1600. Summus Pontifex Clemens Octauus typis committi iuſſit; præter illos ſeptem inſignis notæ & ſanctitatis viros, quos referente Baronio *tomo 6. anno Chriſti* 484. §. 101, & in Martyrologio, Rex Vandalorum poſt annos circiter quinquaginta à Sancti Patris Auguſtini obitu, æſtuantibus adhuc Africanæ vaſtationis flammis, ſecum vinctos duxit Carthaginem, ſeptem ſcilicet è Capſenſi monaſterio Religioſos, propterea quòd ſeſe hæreticorũ errori conformantes iteratò baptizari nollent: ideoq; ſeptẽ cru-

2500. martyrio coronantur.

ſeptem illuſtres martyrio confecti, ſub Hunnerico Rege.

ces in quadam naui eis erigi Rex imperauit, quibus ipſi manibus ac pedibus confixi, & ad radices infamium arborum lignis aggeſtis, igneq; ſuppoſito, in mare propellerentur, vt ſic ſpectante Chriſtianorum turbâ, triſte de ſe ſpectaculum in mediis flammis exhiberent. Verùm lignis etiam aridis ignem non concipientibus, ipſis ceruices fuſtibus ac remorum fragmentis comminui & in mare præcipites dari iuſſit. Et ecce diuinæ prouidentiæ argumentum: ſeptem illa beata corpora in pelagus hinc inde præcipitata, repentè ſecundo mari in vnum locum ſub aſpectum Chriſtianorum delata ſunt, qui ſpiritualibus effuſi gaudiis ea ſuſcipientes honorificâ ſepulturâ donarunt.

Eos autem Martyres ſeptem Auguſtinianæ inſtitutionis fuiſſe, non eſt qui inficiatum eat: teſtatur victor *lib.3.* de perſecut. Vandal. Martyrol. etiam *Roman.* 17. Auguſti. nam vt ratiocinatur Genebrardus, & ingeniorum ampliſſimum Cæſar Baronius, iis temporibus Religioſos præter noſtros Africa non viderat.

In ſcintillis hinc inde ſparſis. fouetur Ordo Auguſtini.

Porrò nomen Auguſtinenſe, & ſacra Eremitarum inſtitutio, in iis continuò vſq; ad Innocentij Tertij tempora conſeruata eſt, qui patriâ exortes in varias ſeſe orbis regiones

nes

nes coniecerant. Quod verò Eccleſia peculiari celebritate noſtros Martyres Africanos non proſequatur, ideo fit, quia eorum nomina haberi non potuerunt, vndè in Martyrologio Romano ſub numeris centenario, & millenario tantùm, fit eorum commemoratio: ſoli autem ſupra-dicti ſeptem nominibus ſuis exprimuntur. Illius enim ætatis Monachi, vt inquiunt Beatus Iordanus & Coriolanus, plus diuinis laudibus celebrandis, cœleſtiumq; rerum contemplationi dediti erant, quàm hiſtoriis ſcribendis. Et ea eſt vnica ratio, cur nullam horum, infinitorumq; aliorum Sanctorum notitiam habeamus, quos hæc felix Religio mille & ducentorum annorum decurſu, ex quò Magnus Auguſtinus eam inſtituit, ad annum reparationis humanæ 1 6 0 2. vſq; produxiſſe potuit.

Si tot Martyres: cur ab Eccleſiâ prætermiſſi

rationes cur ignoti nobis.

CAPVT. V.

Qui in Hipponenſem Antiſtitem aſſumptus Auguſtinus, & ad communem vitæ normam ſuos Canonicos redegerit, quibus eam, quam priùs Fratribus ſuis Monachis dederat, regulam tradidit; quiúe Sanctimonialium clauſtra erexerit, quibus etiam vitæ modum præſcripſit.

CVm igitur Auguſtinus in omni vitæ integritáte cum Fratribus ſuis Eremitis in ædis ſacræ monaſterio ageret, in verbi diuini & ſacramenti pœnitētiæ adminiſtratione continuus, vt refert Sanctus Antoninus à Florentiâ loco ſuprà citato §. 5. &. 6. veritus æternæ memoriæ ſenex Valerius, ne Auguſtino, titulo Epiſcopalis dignitatis in aliâ ciuitate ei deferendæ, fruſtrāretur; cum Carthaginenſi Primate agere cœpit, inquit Poſidius, *cap.* 8. vt ſe ſuamq́; ætatem iam decrepitam & imbecillem, ac ſermonis tarditatem reſpiceret, prohiberi ſe ideò cum hæreticis, qui frequentes erant, velitari; proinde in Epiſcopalis officij coadiutorem

Quâ occaſione Auguſtinus Antiſtes creatus.

iutorem ſibi Epiſcopum ſacrare Auguſtinum. Nec mora: nam tum duo alij Antiſtites qui viſendæ ciuitatis ergô venerant, vt Auguſtinum Præſulem, ſimul cum Beato Valerio ſacrarent, conuenêre, Megalius nempe Calamenſis & Valerianus.

§. I. CAP. V.

Antiſtes Auguſtinus Canonicos Regulares reſtituit, inter quos & Monachos ſtatuitur differentia.

AT cùm non diu pòſt è mortalium conſortio ad immortalium aſſumptus foret Beatus ſenex Valerius, penes Auguſtinũ omnis Epiſcopalis auctoritas manſit: qui cùm Pontificiæ ſedi adhiberetur, monaſterium intra Epiſcopi domum, ſibi ſuiſq; Canonicis ædificandum deſignauit: quo facto, iis eam vitæ inſtituendæ legem, in eorum habitu nihil immutans, tradidit, quam Fratribus ſuis Eremitis præſcripſerat. Ita ferunt Epiſcopus Fernandus ab Hiſpaniâ *ſerm.* 150. citato à Iordano, quem coram ſummo Pontifice in Cardinalium conſeſſu habitum dicit: ſuffragantur Poſidius, Antoninus Florentinus §. 2. & ipſe Auguſtinus *ſerm.* 49. & 50. vbi in hæc verba inquit, *Perueni ad Epiſcopatum, & ideo volui habere in iſtâ domo*

Canonicorum monaſterium erigit.

ductus ad id facultatem impetrarit, vt habetur *cap. Nullus. & cap. Mandamus. 19. quæſt. 3.* po eſt fieri Monachus

§. 2. Cap. V.

Sanctus Euangeliſta Marcus Canonicorum Regularium inſtitutor habetur: & quàm celebres illi fuêre.

Ceterùm licet Auguſtinus Canonicorũ Cathedralium cœnobium erexerit, iiſq́; vitæ methodum, triumq́; votorum obſeruãtiam præſcripſerit, ratione cuius Regulares ſunt appellati: ac demum eos ad ſaniorem vitæ diſciplinam redegerit, adeò vt principiò inſtituiſſe videatur: antiquior tamen eorum inſtitutio, & à Sancto Marco petẽda eſt, quorum auctor primùm fuit Alexandriæ, teſte Genebrardo in Chronographiâ *libro 3. anno Chriſti*, 139. Ex eo etiam hæc veritas ſtabiliri poteſt, quod Auguſtinus Hippone duo monaſteria ſtatuerit, Fratrũ vnum ceu fundator, alterum Regularium ceu reſtaurator: conſentiunt Sabellicus *lib. 9. Ennead. 9. part. 2.* Bergomenſis anno Chriſti 390. Onufrius noſter anno 430. Turrianus in *Confeſſione Auguſtinianâ*, Pineda *part. 3. lib. 22. cap. 2, §. 7.* Caribayus *tom. 1. lib. 7 cap. 57.* Theatrum vitæ humanæ *titulo De ordinibus Monachor. lib.* 12. Sanctus Antoninus

Mireus etiam lib. de orig. ord. cap. 1.

Regulariũ reſtitutor Auguſt. nõ auctor.

Antoninus à Florentiâ, Iordanus à Saxoniâ, Auguſtinus Florentinus *lib. 1. cap. 18. hiſtoriæ:* Hector Boëtius, Deidanus in Scotorum hiſtoriâ *lib. 7.* Scriptor anni 1526. ſcribit autem in hunc ſenſum: Aurelius Auguſtinus Diui Ambroſij in fide & baptiſmo filius, vitam Clericorum Canonicorum Regularium inſtituit, quæ familia breui tempore celebris, & multarum Abbatiarum, Principum & Regum fauore, nobilis euaſit: innumeri ex ea viri prodiêre, ſanctitate, doctrinâ, & Prælaturâ inſignes, è quibus triginta ſummum Pontificiæ auctoritatis gradum ſunt conſecuti. Eandem viuendi formam profitebantur Eremitæ qui ab Eremo nomẽ acceperunt, quorum auctor ipſe Auguſtinus habetur, hi in ciuitatibus commorantur, nomenq; ab Auguſtino habent: huius familiæ incrementorum ratio omnes in admiratio-nem rapit; vt quæ ſæuiente infidelium barbarie (vt deinceps conſtabit). miris affecta modis, habeat nihilominus, hoc etiam ſæculo in Europâ bis mille trecenta monaſteria, prout in probatæ fidei auctoribus ſcriptum legitur, præter ea quæ in Africâ, vbi primùm huius inſtitutionis iacta eſt ſubſtructio, fuerunt, & quæ modò extant in Aethiopiâ alterâ Aegypti parte, quæ, vt ex aliorum

Encomium Regulariũ.

& Eremitarum.

aliorum relatu accepimus, multa feruntur. hucuſq; fere Deidanus.

In quam ſententiam deſcendit Sabellícus: quodque ampliùs eſſe videtur, ipſe Auguſtinus *ſermone 31. ad Fratres in Eremo,* quem vt Auguſtini citat Michael de Medinâ *lib.* 1. *De continentiâ ſacrorum hominum, cap.* 53. fatetur ſe, vbi ad Antiſtitis eminentiam euectus fuit, in Æthiopiam aliaſq; regiones annuntiandæ Euangelicæ veritatis cauſſâ deſcēdiſſe, quo, deſiderij alis, propriâ mortē teſtificandæ veritatis ergô, ferebatur: ne qua videlicet ei heroicarum virtutum deeſſet.

§. 3. CAP. V.

Vnde primùm Eremitæ cœperint.

ORdinis igitur Clericorum ſeu Canonicorum Regularium, qui in *Capitulo Quod Dei timorem. & cap. In ſingulis. §. hoc ipſum. De ſta:u Monachorum.* hoc indigitantur nomine, inſtitutores fuerunt primùm Hieroſolymis Apoſtoli, tum Diuus Marcus in Alexandriâ. Qui enim cùm baptizabantur fideles, omnes ſuas facultates pedibus Apoſtolorum ſubijciebant, vt habetur in Act. Apoſtolorum. Creſcente verò fidelium numero, ſeipſos in hoc primo feruore cōſeruare

Sub Apoſtolis vita fidelium regularis fuit.

tandem ſacra communitas penes

Epiſcopos & Clericos manſit.

uare non valentium, perfectum hoc vitæ genus penes Epiſcopos & Clericos ſolùm fuit: continuò autem ipſi ſæculares monachale inſtitutum amplexati, & in Eremis vaſtiſq; ſolitudinibus ſæcularibus expediti curis, ſine proprio victitare, qui Conſtantino Magno Imperatore, adeò aucti ſunt, vt plurima monaſteria habuerint, licet ad ea incertâ adhuc viuendi lege conueniſſent, donec concilium Nicenum *cap.* 14. 95. & 76. eis Canones quibus regerentur, habituq; ab aliis ſecernerentur, præſcripſit. His etiam accedit, quod Romanus Pontifex Siricius anno libertatis humanæ 384. ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum de reformatione Monachorum, in Hiſpaniam ſcripſerit, vt in primo Conciliorum tomo videre eſt.

origo Eremitarum à ſæcularibus piis.

quibus vitæ forma præſcribitur.

§. 4. CAP. V.

Gelaſius Papa Primus, qui Eremita è noſtris fuiſſe creditur, Canonicos Regulares Romam induxit.

CONtinuos etiam ſucceſſus habuit Clericorum inſtitutio, referente illius quoque ſæculi Philone Alexandrino *lib. De vitâ contemplatiuâ*: adfirmant Diuus Hieronymus *Catalogo De Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

cap.

cap 21. Euſebius *lib. 2. cap. 16. &* 17. Epiphanius *hæreſi* 29. Dionyſius *De cœleſti hierarchiâ. part.* 1. 2. *&* 6. *& epiſtolâ* 8. Caſſianus *lib. 2. cap.* 5. Sozomenus *lib. 1. cap.* 12. Dionyſius Carthuſianus *De vitâ Canonicorum:* Abbas Ioachim in *Apocalypſ. cap* 2.

Hos Diui Auguſtini Regulares Summus Pontifex Gelaſius Primus baſilicæ Lateranenſi Romæ præfecit, vt notauit Genebrardus anno Chriſti 498. nec-non validà illa Doctoris Magni literarum monumenta approbauit, vt habetur *Diſtinct.* 15. *cap. Sancta Romana Eccleſia,* Additque eodem loco Genebrardus ipſe, hunc Gelaſium priuſquam ſupremâ Pontificiæ dignitatis ſede ſublimaretur Auguſtini diſcipulum fuiſſe, ac vitæ cœnobicæ genus à ſuo præceptore inſtitutum, ex Africâ Romam induxiſſe, eamq; literarum lauream conſecutum vt vulgari nomine *Scholaſticus,* id eſt, ſcholarum Magiſter nuncuparetur: verba eius ſunt. *E reliquis diſcipulorum Diui Auguſtini fuiſſe fertur hæreticorum acer expugnator, qui ex Africâ propter Vandalicas perſecutiones Romam ſe receperit, & genus vitæ monaſticæ à ſuo præceptore inſtitutum in ædem Lateranenſem induxerit.*

Auguſtini opera à Gelaſio I comprobata.

Idem dicit Ioan. Phil. de Nouarra in chronic. refertur ab Aubert. Miræo. lib. de orig. ord. c. 1.

Ex quo inferri poſſe videtur, eum ex nu- Gelaſius I.

Eremita putatur.

mero fuiſſe eorum quos Magnus Doctor Auguſtinus Eremitas inſtituit: cum enim de eo iam Pontifice anno priori mentionem facit, ſic inquit. *Canonicos Regulares Ordinis Sancti Auguſtini Laterani primus collocauit*: quamuis Onufrius noſter *lib. De ſeptem Eccleſiis vrbis*, id anno Seruatoris 497. accidiſſe dicat.

§. 5. Cap. V.

Canonicorum Regularium incrementa.

Quot Pontifices, Cardinales, & Beatos habuerint.

INde verò ita ſeſe per vniuerſum orbem Chriſtianum effudit hic ordo, ac in tantum eſt propagatus, vt iuxta Volaterranum *lib.* 21. ex eo ſummi Eccleſiæ Rectores ſex & triginta, Purpurati Patres trecenti, Beati in Sanctorum numerum relati ſeptem millia quingenti prodierint. Imò Ticinius in ſuo *Propugnaculo part.* 1. 2. 3. *&* 14. *& part.* 5. *confirmatione* 14. Pontifices ſupremos quatuor & quinquaginta, Cardinales mille quingentos ſexaginta ſeptem, Beatos Sanctorum albo Eccleſiaſticâ auctoritate adſcriptos 16200. fuiſſe, anniſque quingentis & ſex Eccleſiæ vniuerſali præfuiſſe dicit.

quot annis Eccleſiam rexerint.

Idem refert Aubert. Miræus lib.

Inſuper Onufrius loco citato, Canonicos Regulares Sancti Auguſtini octingentis

tis annis in æde Lateranenſi commoratos, inquit, multósq; ex illis ſupremi Sacerdotij honore claruiſſe, donec Bonifacius Papa Octauus anno redditæ libertatis 1300. ſiue iuxta Genebrardum anno 1294. ijs amotis, canonicos ſæculares ibi collocauit.

de orig. ord. c. 1. & bulla Eugenij IIII. probatur.

Aubert Miræus an. 1298. ibid.

Nec immeritò hi Regulares Sancti Auguſtini nuncupantur, vt docent Vincentius in *Speculo hiſtorico lib. 26. cap. 51. & lib. 19. cap. 44.* & in *Doctrina 1. cap. 16* Sanctus Antoninus *hiſtoria l. b. 2. titulo* 15. Roſetus *lib. De Religione Eccleſiaſticâ. titulo.* 34. & Pius Quartus, qui in deciſione quæſtionis inter Regulares & Benedictinos ortæ, à Sancto Marco primùm inſtitutos eſſe declarat, reſtitutos ab Auguſtino, & ad regularẽ obſeruantiam reductos. Licet enim non eos primus fundarit, ita tamen præceptionibus & inſtitutis formauit, ac ſi alias non forent inſtituti. His addi poteſt quod de hac inſtitutione Vrbanus Primus: eam ſcilicet in extremos vſque Eccleſiæ fines nomen ſuum propagaſſe.

citat & lib. 16 Miræus.

idem habet Raphael Volaterrã. lib 21 comment & cit. à Miræo.

Habet hoc lib qui dicitur Faſciculus temporum ætat 6. in vita Alex. II refert Mir. ibid.

§. 6. CAP. V.

Monialium cœnobia excitat Auguſtinus, & eorum primo ſororem ſuam Diuam Perpetuã præficit.

Vtrique ſexui prouidet Auguſt.

NEc ſat magno Patri Auguſtino viſum eſt virorum monaſteria condidiſſe, niſi etiam virginibus conſuleret: vnde Pontifex factus Sanctimonialium clauſtrum erexit, cui ſororem ſuam Diuam Perpetuam præfecit, vt ex Poſidio in eius vitâ *cap. 26.* colligitur, & ex ipſo Auguſtino in epiſtolis 189. & 109. ipſis virginibus conſignatis, quibus eam regulam inſeruit, cui ſeſe conformarẽt, ex eâ paucis immutatis concinnatam, quã Fratribus Eremitis dederat, cuius hoc eſt exordium, *Hæc ſunt, quæ vt obſeruetis præcipimus in monaſterio conſtitutæ.*

Monialib. dedit Eremitar. regul

& veſtem ſimilem.

Harum etiam virginum habitus, atri erat coloris, quem cingulo etiam pelliceo præcingebant, iuxta *cap. 11. Concilij 4. Carthagin.* Vbi etiam habetur peplum capitis quo virgines Africanæ vtebantur, in mitræ modũ ſurgere, in qua collectos in nodum crines ferebant. Fauet Optatus Mileuitanus Diui Auguſtini coætaneus *lib. 6. Contra Donatiſtas*: conſtat etiam ex Vlpiano *lege 23. ff. De auro & ar-*

quale earũ velum.

& argento legato: purpurei autem erat coloris iuxta *Concil. Toletan.* 10. *cap.* 4. *& forum Iulienſe cap.* 11. & in ſacri cruoris memoriã, quem Seruator noſter in cruce pro nobis fuſiſſimè profudit, ſpeciem etiam crucis referebat.

Et egregia eius ſignificatio.

Ceterùm Diui Auguſtini ſoror Perpetua, Præpoſitæ officium, vt Auguſtinus ipſe, & Genebrardus anno Chriſti 433. teſtantur; ſeu (vt hac ætate loquamur) Prioriſſæ munus in primo Moniali ũ cœnobio, quod vnquam vidit Africa, habuit: quare meritò eam Monialium Auguſtinenſium matrem appellare poſſemus. Virgo autem & vidua eâ ratione fuit, quòd auguſtam nuptiarum diem, extremum deſponſati coniugis fatum præuerterit. De hac Cardinalis Seripandus in Commentario, ſeu potiùs Compendio rerum memorabilium noſtræ Religionis ſic inquit: *Perpetua Sanctiſsima miraculis claruit*. Sabellicus autem *Ennead. 7. lib. 9. part.* 2. eam virginem dictitat, & ſanctis mulieribus, quas hæc inſtitutio protulit, adnumerat: refertur etiam in litaniis eiuſdem Ordinis, eiuſq; celebritatis annuæ dies, quarto Nonas Auguſti recurrit. Ipſe etiam Auguſtinus *tom.* 10. in Matris ſuæ Monychæ hiſtoriâ, eam virginis nomine compellat: Sa-

D. Perpetua Monialium mater: cur virgo & vidua dicatur?

bellicus prætereà, ſacras ei ferias in Vmbriâ celebrari commemorat.

§. 7. Cap. V.

Ανακεφαλαίωσις præcedentium.

Compendiò tandem dixerim Auguſtinum Monachum, priuſquam in Altiſſimi Myſtam ſacraretur, in patrio ſolo vnũ, ad Hipponem Regium alterum monaſterium erigi curaſſe: ipſum etiam presbyterum, aliud in horto, quartum in æde ſacrâ ſuſcitaſſe: atque cum Antiſtitis ſedi admotus foret, intra Epiſcopales ædes Canonicorum, & in ciuitate Monialium exſtruxit cœnobia. Ex quo apertè conſtat D. Patrem Auguſtinum primam Religionis noſtræ baſim extitiſſe: nos habitu eius gloriari, regulam & nomen Auguſtinenſe reſeruaſſe. quod è citatis liquet auctoribus, quibus accedunt Bergomenſis noſter an. Chriſti 404. Caribayus *tom.* 1. *li.* 7. *ca.* 57. *anno Chriſti* 398. Pineda & Frater Emmanuel Rodriguez in *in quæſtionib. tom* 1. *quæſt.* 1. *art.* 4. cum ceteris Scriptoribus libri qui *Flos Sanctorum* inſcribitur. Quâ in re etiã ſatis eſſe videretur communis Eccleſiæ conſenſus, quæ hunc ordinẽ ex inſtitutione Sancti Doctoris Auguſtini eſſe, ſemper tenuit, & vt talẽ approbauit,

Nos ab Auguſt inſtitutos Eccleſiaſtica auctoritate fulciri.

bauit, confirmauitq́; nec non eum priuilegiis, gratiis & indultis ab anno ſeruatæ naturæ 402. vt ſentit Onufrius, Summi Pontifices ditauere.

CAPVT. VI.

De confirmatione & continuatione Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini. deq́; variis hæreticorum inſectationibus, & calamitatibus quas paßus eſt. & qui eũ diuina prouidentia in viris religione & eruditione claris continuò ſeruarit.

IAm verò, regulam ipſam & Diui Auguſtini inſtitutionem, ſi qua fides Chronicis Ordinis noſtri, & Illeſcæ *lib. 2. cap.* 9. Innocentius Primus Pontificatus ſui anno ſecundo approbauit, confirmauitq́; ipſo reparationis humanæ anno quadringẽteſimo ſecundo, vt in codices relatũ cernitur in archiuis Romanis: cuius confirmationis & modi confirmandi, monachorum etiam, recurrit mentio an. quadringenteſimo tertio Concilij quinti Carthaginenſis *ca.* 13. Et in Africano ſtatuitur, quî ex ordine regulandi Monachi: idem decreuerunt Innocentius Primus epiſtolâ primâ & 2. Zoſi- variæ Pontificum approbationes.

Inſtituto Auguſtini eſt moderamen adhibitum à Conciliis.

mus *epiſt*.1.Leo Primus *epiſt*.90. *cap*. 31. Gelaſius *epiſt*. 1 *cap*. 13.ipſe etiam Auguſtinus *epiſt*. 76. in cuius vitæ methodo poſitus eſt modus à Concilijs, Veneto *cap*. 5.& 7.annó ſalutis humanæ 460. Agatheſi *cap*.27.anno 530. Aureliano primo *c.21.22.&23* an. 512. Epaunenſi anno 517. Aureliano 4. *cap*.10. anno 558. quo in Concilio chirographum ſubiecit Roricius Lemonicæ in Gallijs Epiſcopus, in quâ regione, circa annum hunc 558. vt teſtatur Antonius Monchiacenus de Mojares *lib*. 2,*cap*. 25. *De celebratione miſſæ*, Eremitarũ Diui Auguſtini cœnobium condidit. Accedit præterea Zoſimus qui præter robur quod ſuâ confirmatione addidit an. 419 verbi diuini per vniuerſum orbem prædicandi (dicente Illeſca. *cap*. 10. fecit poteſtatem, ob peritiam quam noſtri in ſcientijs erant conſecuti, & vitæ ſanctitatem, quâ tum vigebat ordo; vt qui cryſtallinæ puritatis fonti vicinior, omniſq; ſapientiæ & eruditionis Sancti Patris Auguſtini ſcatebræ propior, limpidiſſimis vitæ eius vndequaque perfectæ, & doctrinæ lymphis rigaretur abundantiùs.

Eremitis ſit poteſtas prædicandi Euangel.

Nec defuerunt in huius inſtituti confirmatione Sixtus Tertius anno 432. qui præterea hanc familiam, indultis & priuilegijs

locu-

locupletauit: Leo Primus anno 442. Gelaſius Primus anno 492. quem ex illis Eremitis, quos inſtituit Auguſtinus, fuiſſe præmiſſum eſt. Symmachus anno 499. quo ſæculo florebat Diuus Fulgentius, vir vitâ ſanctiſſimus, doctrinâ eminentiſſimus, Eccleſiæ Doctor inſignis, & Eremitarũ Auguſtinenſium decus, vt ſuprà dictum eſt, lateq; probat Cæſar Baronius: quem ideo peculiari celebritate & cultu proſequimur, quia Patris ſui Auguſtini corpus Hippone in Sardiniam tranſtuliſſe, omnium conſenſione fertur. D. Fulgentius Eremita.

§. 1. CAP. VI.

Sanctus Columbanus Eremitarum habitum aſſumit, ſuumq; Ordinem hoſtium pondere labefactatum reſtituit.

ANno exemptionis noſtræ, vt verior fert opinio, quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, Ioánne Tertio Apoſtolatus apicem tenente, Eremitarum Diui Auguſtini habitum ſumpſit in Hyberniâ vir ſanctitate ſingularis Beatus Columbanus, vnà cum ſocio ſuo Beato Gallo: & quidem horum antiquitùs in Canonicis Dei laudibus commemorationem faciebat Ordo noſter: exſtat & eorum memoria ad hæc vſq; tempora in Galliis, vbi eorum effigiatæ ſpecies in Ordinis habitu viſuntur: Florentiæ etiã Confrater-

mitas S. Columbani Augustinianis. in antiquo Auguſtinenſium cœnobio, ſub eorum tutelâ Confraternitas eſt inſtituta.

Porrò hic Sanctus Columbanus reſtitutor Ordinis Eremitici in Gallijs habetur, vt alter Diuus Columbanus Ordinis Sancti Benedicti in Italiâ reſtaurator, fretus fauore Adalbali Quinti Longobardorum Regis: vterq; enim ordo fractus & oppreſſus à priori feruore defecerat. Ratio autem tantæ calamitatis harum inſignium Religionum, ea fuit, quod omnium ſcelerum ſcitus artifex Dæmon, perditâ in hominem inuidiâ flagrans, euertendis iis qui poſitâ ſæculari curâ in diuini Numinis amorem expeditiùs delati, acri pœnitentiâ carnem macerabāt, ac cæleſtium rerum contemplationi auidiùs inſiſtebant, verſutiæ ſuæ machinas, vimq; omnem violentius expedierit. Quare cum Eremitarum Diui Auguſtini & Benedictinorum Ordines Sanctiſſimis viris principiò celebres forent, in eos quàm maximos potuit Dæmon perſecutionum inſultus fecit, à quibus ignominiæ plurimum, ac in ſuis inſtitutis, contrarietatis ferre videretur; vtpote quos naturâ imbecilles & in malum pronos, ſacrorum Spiritum vitam in cælibatu, orationibus, malorum tolerantiâ, ac

In hoſtem humani generis cauſſà defectionis ordinum reiicitur.

animi

animi firmitudine à quâ diuelli, ceu ſpiritus puri, non poſſent, agere contueretur.

Hinc eſt etiam, vt inquiunt Sozomenus & Nicephorus Eccleſiaſticarũ hiſtoriarum *lib. 2. cap. 20. & lib. 11. cap 27.* & Paulus Oroſius *lib. 7. cap. 33.* quòd Dæmon eorum ſtatim ſub ortu infeſtiſſimis Tyrannorum odiis, exitium ſit molitus: quam in rem Valente Tyranno vſus, vt auctorati ſacrorum Ordinum milites, arreptis armis profanæ militiæ nomen darent, auctor fuit, ratus iſto ceu præſentiſſimo medio, hoc religioſum nomen vno tempore deleri poſſe: cui dein edicto nefario Mauritius Imperator ſubſcribens, inſuper vetuit, ne qui ſub aquilis meruiſſent, ad ſacrum Religionis habitum adſumerentur, quod vt impium redarguit Diuus Gregorius *lib. 2.* Ephemeridum ſiue Regiſtri.

Qui ad id poteſtate ſæculari vſus, valens Monachos ad bellum vocat.

Mauritius cauet ne milites religionem ſuſcipiant.

Non minùs deinceps huic nomini infeſtus fuit Conſtantinus Copronymus Imperator, vt docet Metaphraſtes in Diui Nicetæ vitâ.

Priſcillianus porrò hæreticus, vt auctor Seuerus Sulpitius *lib. 2*, adeo inſolenter hoc nomen excepit, vt cum ſectariis ſuis monachalem veſtem in eâ ſe conſpiciendum præbens, profanarit, quò ſic apud Chriſtianos

Priſcillianus Monachos reddit odioſos in eorum habitu laſciuiens.

falſâ

Decretum in profanātes ſacras Religionis veſtes.

falſâ opinione deluſos, eius auctoritatem minueret. Et hinc eſt cur Concilium Cæſarauguſtanum *cap. 6.* pœnas eis decreuerit, qui ſic temerè monachali habitu abuterentur: nec verò in contumeliam religioſi ſtatus id ceſſiſſe putandum eſt, ſed vt illud infame monſtrum Priſcillianus improbaretur, ſed vt eâ habitus conſuetudine ſublatâ, callidè ſerpens Priſcilliani hæreſis truncaretur, cui hoc habitus genus tum fauere putabatur: quemadmodum etiam olim vt impium Manichæorum ſemen euelleretur, ne ieiunia Dominicis diebus obſeruarentur, cautum eſt.

Manichæorum occaſione cautū eſt ne ieiunia diebus Dominicis ſeruentur.

§. 2. CAP. VI.

Graues præterea perſecutiones, quas Eremitarum Ordo paſſus.

Porrò quamuis omnes ſacros Religioſorum ordines crebræ Barbarorum inſectationes funeſtarint, præ ceteris tamen Auguſtinenſem, quià Magni Auguſtini obitu totâ Africâ, Hiſpaniâ, Italiâ, Franciâ, ſæuis Tyrannorum & hæreticorum flammis omnes ſacri inſtituti viros abripientibus, patuit funeſtiùs. Vigebat enim tum hic ſacer Ordo, ipſo-met Auguſtino teſte, *lib. De opere Monachorum. cap.* 28. non modò

grauiùs ceteris Eremitæ excepti.

modò in Africâ, verùm-etiam frequens ſatis in Occidentali plagâ.

Ac prima tempeſtas quæ in hunc ſæuire cœpit, Vandalis, Alanis, & Arrianis auctoribus, vt inquit Victor, eſt excitata, qui Gothorum armis Hiſpaniâ exacti, coniunctis viribus in Africam irruperunt: ac tum primò Eremitarum noſtrorum monaſteria diruere; in quæ (cùm nulla aliorum ordinum præterea eſſent) ſæuire crudeliùs, in viros Eccleſiaſticâ auctoritate eminentiores animaduertere, ac potiſſimùm in cultioris doctrinæ Religioſos, qui monaſteriis claudebantur, vt qui obfirmato pectore Arianæ hęreſi reluctarentur acriùs, eamq; pro concione palàm infirmarent. Egregium huius rei ſpeculum habes in ſeptem illis Martyribus Chriſti athletis, de quibus antea, quorum hæc ſunt nomina: Liberatus Abbas, Bonifacius Diaconus; Seuerus, & Ruſticus Subdiaconi, Rogatus Septimus & Maximus.

prima perſecutio.

paſſi ſunt 7. martyres.

In his autem perſecutionum ignibus, tres Africæ Tyranni in religioſum hominũ genus nominatiſſimè rabiem ſuam exercuérunt, vt ex Victore *lib.* 2. colligitur, nempe Genſericus, Hunnericus, & Traſamundus, qui Africâ quater mille nongentos Eccle-

Tyrannide exercentibus, Hunnerico, Genſerico, & Traſamundo.

ſiæ cùm optimates tum Catholicos exegit, inter quos fertur Diuus Fulgentius Eccleſiæ Ruſpenſis Antiſtes & Eremita Auguſtinenſis,vt fuſè probat Cæſar Baronius,præter innumeros alios qui martyrio adfecti, vt recenſet Ioannes Damaſus Chreſoras in additionibus ad Eutropium, donec Iuſtinianus Maior anno Domini 534. Africam Vandalorum tyrannidi detraxit, & bellicâ fortitudine inſignis Beliſarius omnino Africâ pepulit,vt ex Iure ciuili conſtat *C. De officio Prætoris*, cuius facinoris ergo æternâ memoriâ digni,Beliſarius eo ipſo anno Cos. eſt deſignatus.

quos Africa Iuſtinianus M. & Beliſarius expulerũt.

Quâ rei gerendæ oportunitate, mox in Africâ Anguſtinenſium ordo reſtitui cœpit,donec eam Mahometes armis occupauit, & Moauias quartus ab eo in Imperio, iteratò delere adgreſſus eſt anno ſalutis humanæ 662. præcipuè verò ſacras ædes, ac monaſteria euertere. Eâ tempeſtate ingruente qui ſe fugâ eripuerant Auguſtinenſes in Hiſpaniam delati,iis ſe adiunxerunt qui priùs eas regiones incolebant Auguſtinenſibus,vt fert Abbas Viclacenſis.

Ea occaſione reſtituti Eremitæ.

excedere denuo coguntur.

Non minùs tamen in Hiſpaniâ funeſtas ſenſere Gothorum Regum faces, qui ſe iam totos Arianæ ſectæ deuouerant. Pace enim

2. perſecutio in Hiſpania.

à Regis

à Regis Ata ufi temporibus potiti, regnante Leouigildo, funereas experiri denuò clades compulſi ſunt: tum enim ad necem depoſci, eorum cœnobia funditùs euerti, inter quæ celeberrimum titulo Sancti Martini opido Carthagenæ vicinum, conuulſũ eſt, auctor eſt Gregorius Turonenſis *lib. De gloriâ Confeſſorum.* Addit Paulus Diaconus de Meridâ, quendam Monachum ex iis quos Auguſtinus in Africâ inſtituerat Nuntum nomine, à quibuſdam Arianæ perfidiæ ruſticis interceptum, ac trucidatum: nouiſſimè etiam Ambroſius de Morales *lib.* 12. *cap.* 65. ante eam Africæ vaſtationem anno Domini 711. Euthinodum monachum Ordinis Eremitici refert, qui facundiâ inſigni aduerſum Vuitizam Regem palàm diceret.

Nec in Africâ ſolùm, verùm etiam in Hiſpaniâ, cùm Maurorum irruptione vaſtaretur, cœnobia ſolo æquata, potiſſimùm in Beticâ regione, Valentiâ & Luſitaniâ, vbi primùm nouas nacti ſedes Africani noſtri conſederant, quæ regiones etiam Mauris Hiſpaniam occupaturis ianuâ fuere. Atqui cùm noſtri nullo fluxarum opum præſidio fulti pauperem vitam agerent, litro barbaris perſoluendo non erant, quò miſerandâ clade

Non innocentia, ſed argento, venit vita.

clade effectum eſt, vt omnes penè delerentur, quod ſecus Benedictinorum Ordini accidit, qui quòd remotiores Hiſpanicæ ditionis plagas incolentes, vt Gallitiam, Caſtellam antiquiorem, opum vi nixi, facilè ſui redimiam Barbaro penderent, plurima monaſteria ab incurſantium hoſtium rabie vendicarunt; cùm omni hominum memoriâ vnicum Auguſtinenſe iuxta Carthagenam Sancti Ginis nomine perſtitiſſe feratur, quod Alunſo Sapiente Rege: anno Domini 1262. cum Murciam recuperauit, repertum eſt: anno autem 655. totâ Beticâ prouinciâ, nullum aliud Diui Benedicti exſtabat præter illud vnicum, quod ad Gades Diuus Fructuoſus Bracarenſis Epiſcopus ædificauit.

miſerandũ!

§. 3. Cap. VI.

Variæ Eremitarum expeditiones, quibus reparatus Ordo & profligatæ hæreſes.

CVm in Hiſpaniâ anno Domini milleſimo centeſimo Auguſtiniani nominis memoria penè obliterata foret, venêre ex Franciâ & Flandriâ Eremitæ, qui eam denuò erectis monaſteriis ſuſcitarent. Habuit & Italia, quæ olim domitrix orbis, & eius pars potiſſima, non pauca inſtituti huius cœnobia Seruatoris noſtri anno quadringenteſimo

gentefimo ſexageſimo, donec eam Theodoricus Amalus tyrannicè vſurpauit, qui Arianâ infectus labe, infeſtus in hanc religionem ſuæ prauitati validiùs obſiſtentem, ferebatur. Quamobrem monaſteria quæ Centumcellis & in omni Tuſciâ erant miſero excidio profanauit: de quo Gregorius *lib. 4. Dialogor cap* 30. ſcribit, quòd huius regis animam ſubito fato correpti, quidam Eremita in ignem Liparitanum, à Dæmonibus inijci viderit, qui ſolitarius (vt inquit Baptiſta Alouiſianus Rauennenſis in Chronicis Ordinis) fuit Sanctus Launo Nericus monachus Auguſtinenſis.

1 perſecutio in Italia.

quidam Eremita vidit Theodoricum in ignē Liparitanū demergi. breuiar. Rom 27. Maij.

Et paucis retrò annis, vt docet Sigisbertus in Chronicis, anno ſcilicet 436. coacta in Galliis Epiſcoporum Synodus, aduerſus Pelagianam hæreſim quæ Britanniā infecerat, Angliæ inſulam, ad quam extirpandam miſſus, non Germanus Pariſiorum Epiſcopus, vt quidam falſò arbitrati; ſed Diuus Germanus Altiſiodorēſis Epiſcopus, quem Præſtes Beatus Amatus eius prædeceſſor, quòd diuinitus eum ſucceſſorem ſuum in Epiſcopatu futurum didiciſſet, Sancti Patris Auguſtini habitu, cucullo, & cinctorio donauit: ſubdebantur enim eo tempore Epiſcopis Monachi. Quamobrem ad

ad profligandam hæreſim in Britanniā mittitur S. Germanus Eremita.

S. Lupus Epiſcopus Eremit. Auguſt.

iter ſe accingens Diuus Germanus, Sanctū Lupum octauum Tracaſenū præſulem, inſtituti pariter Auguſt. teſte Baptiſtâ Alouiziano, in tantæ legationis ſociū adſumpſit.

Refelluntur qui D. Benedictū fuiſſe dicunt ante Auguſt.

quando Benedictini in Angliam venerint

Et verò manifeſtum eſt, hos non potuiſſe ex iis eſſe quos Diuus Benedictus inſtituit, quod eâ tempeſtate, nulla adhuc inſtituti illius ſemina fuerint: quoniam, vt inquit noſter Bergomēſis, & hiſtorici omnes, ordinem ſuum Diuus Benedictus non inſtituit ante annum Domini quingenteſimum trigeſimum: nec monachi illi in Angliā ante annum quingenteſimum nonageſimum quartum deuenêre, quod fuit, cum Diuus Gregorius illos in Britanniā miſit, Pontificatus ſui anno quarto, ſic ait Ioannes Diaconus in eius vitâ *lib. 22 cap. 33*: vnde monaſteria quæ ante ea tempora, religioſorum apprimè peritorum in Angliâ, Scotiâ, & Hiberniâ fuerunt, non potuiſſe eſſe Ordinis Benedictinorum conſtat, quoniam nondū erat inſtitutus dum hoc Concilium celebrabatur; manifeſtum verò eos viros Sanctiſſimos, fuiſſe ex ordine quē inſtituit Sanctus Auguſtinus in Africâ, ex quo multi politioris literaturæ viri, in diuerſis partibus & regnis fundaturi monaſteria, ſunt egreſſi: ad quod non aduerterunt Tritemius & Sigiſbertus

bertus in claris viris, cùm eos Benedictinos Monachos dixerunt: ſicut etiam errauerũt cùm Beatum Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum monachum è Benedictinis fecerunt, cum certum ſit eum Auguſtinenſem fuiſſe, ſubſignaſſeq; in Concilio Carpoteratonenſi anno quadringenteſimo quadrageſimo quarto, & in Arelatenſi quod celebratũ fuit anno 453. & in Agatenſi anno 506. cùm necdum natus eſſet Diuus Benedictus, niſi diu poſt Concilia duo priora. Cæſarius Epiſcop. Eremita.

Sed vt ad Sanctos Germanũ & Lupum regrediamur, tantùm vitâ, miraculis, & diuini verbi eloquio, & agẽdi ratione valuerũt, vt breui tempore omnẽ eam terram expurgarint, & ad rectam fidem repullulare fecerint, ad ſuamq; ipſi patriam re peractâ redierint. Verùm vt inconſtãs in fide ſemper ea regio fuit, quod etiã modo oculis vſurpamus, duodecim poſt años mutatis animis iterum defecit: quare vt hæreſeon radices penitus euellerentur, iterũ eò regredi Diuũ Germanum neceſſũ fuit, aſſumpto ſecum Sancto Seuero ex Auguſtinenſium ordine, Epiſcopo Treuirenſi vndetrigeſimo: ſic Sigisbertus. Quò verò fides quam plantauerat amplior excreſceret, eſſentq; qui eam tuerẽtur modò hos auxiliis ſubleuando, modò illos defenſãdo, in eâ Inſulâ vir Sanctiſſimus Ordi- SS. Germani & Lupi in Britan. auctoritas. S. Seuerus Epiſcopus Eremita.

nem EremiticumSanctiPatris ſuiAuguſtini conſtituit. Prolapſu deinde temporis hæreticâ demum illuuie inualeſcente, Pontifex Celeſtinus Primus, in Scotiam Palladium; in Hiberniam, quæ & Irlandia dicitur, Beatum Patritium, vtrumq; Auguſtinenſem delegauit: ita Hector Boetius in Scotorum hiſtoriâ *lib.* 7. circa finem: atqui Patricium Auguſtinenſem fuiſſe memorant hiſtoriæ Hibernicæ in eius vitâ, vixit verò annis centum viginti duobus: ita Genebrardus in Chron. anno. 341. eumq; locum qui Patricij purgatorium dicitur, tenuerunt Auguſtinates. Sepultus verò eſt Patricius Duni vnà cum Columbano & quadam virgine, ſic habent verſus.

Palladius & Patritius Eremitæ, aduerſus hæreſes in Britanniam miſſi.

Tres ſunt in Duno, tumulo tumulantur in vno:
Nempe Columbanus, Brigita, Patricius.

Purgatoriũ Patritij in Anglia.

Iacobus de Voragine Italus Ordinis Sancti Dominici in *lib.* qui *Flos-Sanctorum* dicitur, extare affirmat purgatorium Patricij, quem vt Eremitam pingit, vt omne deponant dubium, qui eum Canonicum Regulatem putauerunt. Cumq; per Hiberniam in Leſmorenſiũ confinibus hæc Religio proferretur, inter cetera erectum eſt monaſterium celeberrimum Vencorrenſe nuncupatũ, in quo

nongenti

nongenti & ampliùs Auguſtinates truci- dati, qui immanitati bacchantium hæreti- corum ſeſe ſubducentes, eò confugerant. 900. Auguſtinenſium ſtrages.

In eo monaſterio Diuus Columbanus natione Hibernus, è manibus Congeli viri ſan- ctitate inluſtris, Diui Auguſtini habitũ Eremita futurus adſumpſit: is toti Franciæ, ceu fax Eccleſiæ fulgida, anno Domini 574. præluxit: nam cûm ſe ſat literis, & vitæ monaſticæ diſciplinâ informatũ aduerteret, de conſenſu Præpoſiti ſui Congeli acceptâ benedictione, in Franciam iter direxit; quamuis in Auſtriacis & Burgundiæ partibus, in quibus ſummã imperij tenebat Sigisbertus, remanſerit; qui ei deſertum Eremitis aptiſſimum, Boſagum nomine, adſcripſit, in quo cum ſocio Diuo Gallo, ceteriſq; qui ſe ei adiunxerant, vitam inſtituit, indeq; multorum monaſteriorum Pater effectus eſt, vt ex Surio *tomo 6. cap.* 4. colligitur. Columbanus Eremit. & D. Gallus.

Fuit igitur Sanctus Columbanus vnà cum collegâ ſuo Diuo Gallo ex Eremiticâ Magni Auguſtini familiâ: tales eos Francia, tales Hiſpania, tales & Germania habuit: quodq; ampliùs eſt, in Congregationis Lombardiæ conſtitutionibus Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, ſolemnis ei dies notatur. Confirmari autem hoc ipſum ex eo poteſt, quòd

F 3 Diui

Diui Benedicti regulam profeſſi non reperiantur, quin potiùs Surius in vitâ Philiberti & Sancti Euſtachij inquit, quod cùm Philibertus de eligẽdâ vitæ ratione deliberaret, Diuorũ Benedicti & Columbani conſtitutiones viderit, quas hic Magni Auguſtini regulæ adiecerat, vt factitatum etiam à Diuo Dominico, aliiſque legimus, quò quiſq; ſequacium cum arctiſſimè rigorẽ ſeruaret, quem Inſtitutorũ quilibet addidiſſet & ſequeretur. Ex quo manifeſtum eſt aliud Columbani, aliud Benedicti inſtitutum fuiſſe, præſertim cum duæ tantum eſſent regulæ. Roborabitur etiam hæc ſententia ex Adeodati vitâ: & ſi quid hac in re omnes erroris tenebras excutere valeat, eſt, quod duo fuerint Columbani (vt præmiſſum eſt) Auguſtinas vnus, alter Benedictinas.

§. 4. CAP. VI.

Nouæ in eum Ordinem calamitates, & noui in eis Eremitarum animi.

NOui turbines, nouæq; calamitates hũc Ordinẽ funeſtarunt. Anno enim libertatis noſtræ octingenteſimo triceſimo tertio, à ſeptentrionali plagâ egreſſi Marcomani ſeu Nortmandi, gens barbara & athea, adeo vt ne idolo quidem thura adolerent; omne autẽ ſuum ſtudiũ ad furta & latroci-

Marcomanorum perſecutio.

nia

nia conuerterant: qui Gallætiam, Belgium & Germaniã depopulati, deprædatiq́; , in oris Oceani qui Gallias adluit, conſtiterunt: inde verò ita immaniter bacchati ſunt, vt poſt hominum memoriam nulla immanior barbaries, truculentiorq́; audita fuerit. Deſæuiere inprimis in ſacras baſilicas, in Religioſorum & Monialiũ clauſtra, vt ex Belgij, Galliæq́; hiſtoriis liquet. Eam calamitatem deplorat Maguſtiacenſe Concilium *ca.* 9. anno Chriſti 888. amplius enim quàm trecenta Auguſtinenſium monaſteria in Galliis & Germaniâ eâ tempeſtate conuulſa ſunt. Eodem bacchante Boreâ conciderunt celeberrima duo, qualia nunquam habuere rei qui Ordines, quorum fidem hiſtoriæ faciũt, ea Auguſtinenſibus adſcribentes, Lyrienſe ſcilicet, & Luxouienſe. Eâ demum in perſecutione tanta Religioſorum Auguſtinenſium ſtrages edita eſt, vt ſupra decem millia in fugam verſi occubuerint. Pertinax autem ea fuit ad añum nongenteſimum vſq;, quò factum eſt vt Auguſtinates erectis animis ſtare nequiuerint, vſq; dum in Galliis & Germaniâ reparator accederet Diuus Guilielmus, de quo latiùs in continuatione cõfirmationum, ab eâ quam Pontifex Symmachus (vt dictum eſt) fecit.

plurima monaſteriá ſuſtulit.

& Religioſorũ 10000

Tandem, vt his coronidem addamus, mirum videri debet, inquit Sabellicus *Ennead. 7. lib. 9.* poſt tot, tantasq; ruinas poſt tot immani cæde bacchantium hoſtium clades, tanta incrementa Eremitarum Ordinem ſuſcepiſſe, quanta temporũ lapſu viſa ſunt, & modò videntur: ſcilicet vt Patrem filij referant, & membra ſe Capitis ſui probent. Auguſtinus enimdum viuis adnumeraretur, graues hæreticorum & infidelium inſultus ſuſtinuit: quo rebus humanis exempto, non minùs ſacræ eius reliquiæ hoſtium telis impeti cœperunt, quas, ne protererentur, Diuus Fulgentius Africanus Ruſpenſis Epiſcopus ſecum referens cum centum quinquaginta alijs Epiſcopis, ex Africâ in Sardiniam relegatus Traſamundo tyrannidem exercente, iuxta Sabellicum *Enne. 8. lib. 2.* Vandalorum, Alanorum & Arianorum ſubtraxit furiæ: inde verò eas tranſtulit, cùm annis ducentis quinquaginta in Africâ quieuiſſent, vt auctor eſt Sabellicus ipſe *Enne. 8. lib. 7.* Licet Cæſar Baronius Annalium tom. 6 anno Chriſti 504. §. 74. & 35. & 38. cùm dixiſſet magnum Auguſtinum vitæ monaſticæ conditionem in Africam inuexiſſe, *cuius regulam ab ipſo Auguſtino deriuatam Sanctus Fulgentius eſt profeſſus*, dicat Fulgentiũ cum

D. Fulgentius Auguſtini reliquias tranſtulit ex Africa.

cum ducentis viginti ampliùs Epiſcopis Africâ proſcriptum, cumq; qui eo rerum turbine Hipponenſis Antiſtes habebatur, cum pluribus presbyteris Religioſis, clàm Africâ, Diui Patris Auguſtini corpus exportaſſe, vnaq; cum Fulgentio, cęteriſq; quibus ſe adiunxerat, in Sardiniam tranſtuliſſe.

Nec verò ſacrum hoc depoſitum perpetuò Sardinia habuit: nam inde à Luithprando Rege, Maurorum impietatem declinante, Ticinum, quæ nunc eſt Papia, tranſlatum eſt, quod nos Auguſtinenſes Eremitæ, ceu hæreditario iure, vtpote qui tanti Patris filij, poſſidemus: qui licet toties patriâ extorres, fidei & Eccleſiæ Catholicæ patrocinati, infeſtis hæreticorum armis iugulum præbuere, adeo vt exciſi omnino putarentur; hac ætate nihilominus firmo ſtāt pede, in eaq; ſunt apud homines exiſtimatione, vt célеberrimæ totius Eccleſiæ Religioni, auctoritate, eruditione & ſanctitate (quod meritis Magni Auguſtini tribuendum eſt) coæquari poſſe videantur. 2. transferuntur ſacræ illæ reliquiæ.

CAPVT. VII.

De continuo Auguſtinenſium progreſſu: eorum, rerumq; ad eos pertinentium confirmatione, indultis Pontificijs ſtabilita.

EA res ſummorum Pontificum gratiam conciliaſſe viſa eſt, vnde propenſo in hanc Religionem animo ſuis confirmationibus ſtabilierunt: ac præter memoratos eam confirmarunt Bonifacius Tertius anno Domini 607. Gregorius II. anno 729. Leo III. anno 796. Benedictus III. anno 860. Ioannes XII. anno 960. Gregorius V. anno 993. Ioannes XIX. anno 1003. Leo IX. anno 1005. Alexander II. anno 1068. Paſchalis II. anno 1101. & Anaſtaſius IV. anno 1154. quem Bergomenſis anno Chriſti 390. & 1157. & Genebrardus *lib.* 4. anno 1154. primum fuiſſe dicunt qui Eremitas Auguſtinenſes è ſolitudinibus ad ciuitates euocarit, vt Pariſiis videre eſt, quique nobis ſeu veris Mendicantibus, ab Africæ vaſtatione, emendicandi fecit poteſtatem, hoc poſtulante Diuo Guilielmo, cuius ſacrum corpus Philippus II. mediante religioſo

mendicandi poteſtas à ſede Apoſtolica.

gioſo è noſtris Auguſtinenſibus impetratum, Eſcuriali regiæ inferri curauit.

§. 1. CAP. VII.

Diuus Guilielmus Eremita Auguſtinenſis, ſuiq; Ordinis reſtaurator perhibetur.

PORrò hic exemplaris pœnitentiæ vir Diuus Guilielmus, Aquitaniæ Ducatu, Pictauiæ Comitatu nobilis, ac Philippi III. Hiſpaniarum Monarchæ Catholiciſſimi auus decimus-ſeptimus, vt probat Caribayus in fine hiſtoriæ Regum Hiſpaniæ, in illuſtrationibus, qui etiam eum Diuum Guilielmum Patrem Eremitarum Sancti Auguſtini fuiſſe commemorat, non eò dixit quò quidam eum detorquere ſunt conati, eum ſcilicet inſtitutorem noſtrum fuiſſe: verum nil aliud hoc modo loquendi ſignificatum voluit, quàm quod Religioſus fuerit ex Ordine Eremitarum Sancti Auguſtini, phraſi Cantabricâ: ſic auctor ipſe viuâ eſt mihi voce interpretatus: fuit enim hic Sanctus (teſte Petro de Natalibus in additionibus ad *lib.12. cap.2.*) Ordinis Sancti Auguſtini, eiuſq; rei diploma autographũ Romæ habemus: quam rem efficaciſſimè etiam, & ex profeſſo probat Guilielmus Caualcantini Italus *li.* vitæ S. Guilielmi quem ſuperioribus annis edidit *ca.23.* & ſequent.

D. Guilielmus qui Pater Eremitarum dicatur.

Guili-

Guilielmus igitur ſæculari potentiâ, eaq́; ampliſſimâ fretus, cùm Eccleſiam hoſtilibus ſignis adgreſſus, infeſtaſſet; ideoq; in ſe reuerſus, nudis pedibus Hieroſolymam petens aſperrimâ pænitudine ſeſe correxiſſet, ac quandam ſacræ telluris ſolitudinem, in ieiuniorum obſeruantiâ & orationum feruore aſſiduus, loricâ ad carnes ferreâ indutus, catenâ cinctus, ſolum in lectum ſternens habitaſſet; cùm hæc omnia ſtrenuè patraſſet, addit Theobaldus Cantuarienſis Epiſcopus Diui Guilielmi coætaneus, in eâ hiſtoriâ quam de ipſo contexuit, Sanctum Guilielmum in Tuſciam veniſſe, ſeſeque in horridam Piſanæ ſolitudinis ſpeluncam abdidiſſe, quæ Liualia dicebatur, *vbi* (inquit) *complures Eremitæ Religioſi quos Sanctus Auguſtinus inſtituerat, morabantur, à quibus regulam & mores Diui Auguſtini amplexando, nigroq́ habitu indutus perfectus Chriſti ſeruus eſſe cæpit*, id quod Pontifex etiam ſacro ei horarum Canonicarum obſequio inſeruit, Theobaldus ergo Diuum Guilielmum Eremitarum Sancti Auguſtini habitum aſſumpſiſſe dicit, anno ſcilicet 1160. in eâ eremo quæ Liualia dicitur, quam etiam primis ſuæ conuerſionis annis incoluit Auguſtinus.

actris eius pœnitentia in Eremo.

Factus igitur Eremita Auguſtinas, vt

etiam

etiam docet Bergomenſis anno Domini 1157. & conſtat ex Annalibus Summorum Pontificum Romanorum; refert Pius, in hiſtoriarum compendio, & Petrus de Natalibus in Sanctorali *cap.* 2. in additionibus: Azorius in inſtitutionibus moralib. Sabellic *part.* 2 *Ennead.* 7. *li.* 9. & nos Romæ eiuſce rei diploma habemus: Factus, inquam, ex Eremitarum Auguſtinenſium Collegio, etſi non ſatis conſtet an presbyter fuerit, conſtat tamen, quod quemadmodum Sanctus Otho Muſcius labantem Diui Benedicti ordinem in monaſterio Cluniacenſi reparauit, ita Guilielmus (vt loco citato Genebrardus) in Gallia eiuſque ſolitudinibus, Diui Patris Auguſtini iacens inſtitutũ erexerit: quod ex cœnobio, quod Pariſiis à fundamentis ſubmouit, liquidò conſtat. & hæc ſeneſcentis ac penè demortui ordinis reſtitutio tanta fuit, vt quemadmodum olim Benedictini, Sanctæ Iuſtinæ monachi, & Franciſcani Bernardini. appellabantur, ita nos vulgari nomine Guilielmitæ diceremur, donec Innocentius III. & Alexander IV. (vt teſtes ſunt Antoninus à Florentiâ, Genebrard. annal. tomo 4. anno Domini 1154. & Bergomenſis) nos priori nomine Auguſtinenſes vocari mandarunt.

D. Guil. ordinis ſui reſtitutor.

hinc Guilielmitarum dictus.

§. 2.

§. 2. Cap. VII.

Magni Auguſtini meritis iugis continuatio huius Ordinis tribuenda.

EX quo igitur Beatus Pater Auguſtinus in ſuis quatuor prioribus Sacerdotij annis priuſquam Antiſtes fieret, vt inquit Cæſar Baronius Annal. tom. 4. anno Chriſti 391. numero 25. primam inſtituti noſtri baſim poſuit, quod anno 393 accidiſſe, Bergomenſi placet: niſi malis id quod Caribayus *tom. primo, lib. 7. cap.* 27. anno ſcilicet 398. primam eam baſim conſtitutam: ex quo, inquam, prima inſtitutionis noſtræ fundamina iacta fuere, ad annum 1215. vſq; Innocentio III Pontifice, ex illo demum, ad noſtrum vſq; ſæculum, ſemper ſtetit, viguit, floruit hæc noua Eremitarum conſtructio, quod infra videbitur, & graui virorum nominatiſſimorum auctoritate conteſtabimur: inter quos habetur Reuerendiſſimus Generalis noſter Frater Hieronymus Seripandus Neapolitanus in Centuriarum prologo, vbi adfert Cardinalem Ægidium de Viterbio, qui etiam ſupremam in Ordine noſtro auctoritatem eſt conſecutus, ſibi aſſeueraſſe,

ſeueraſſe, Viterbij ſe in cœnobio noſtro codicem vidiſſe, qui de vitâ heroicisq; Religioſorum noſtrorum facinoribus inſciberetur, quæ octingentorum annorum decurſu, à ſuâ quam Auguſtinus fecit inſtitutione, dicti Eremitæ patrarant in ſolitudinibus commorantes: & huius libri auctorem fuiſſe Reuerendum Patrem Marianum Geneſtanenſem Sacræ Theologiæ Doctorem, & ſui lumen ſæculi; qui diligentiâ & ſedulitate inſigni, vnà & conſtitutiones, ordinationesq; quibus totis illis octingentis annis regebantur Eremitæ, in eum codicem retulerat, qui cum Italiæ fato apud noſtros Viterbij aſſeruaretur, cùm auctoris morte, tum communibus Italiæ incendijs concrematus interijt.

Exuſtis Italiæ bibliothecis priorum ſæculorum memoria periit.

Sed vt ad inſtitutum redeamus, floruiſſe nos ex Diuo Antonino colligitur, qui tertiâ parte hiſtoriæ *titulo* 24. *cap.* 14. §. 3. inquit: quod quemadmodum huius Religionis auctor fuit Auguſtinus, ita ſuis meritis effecerit, ne cum crebris Tyrannorum infeſtaretur odijs, penitus conuelleretur: vnde effectum eſt, vt perſecutionum abrepta flatibus, atque hinc inde diſperſa felicis huius ſationis ſemina in vaſtis ſolitudinibus repullularent, vbi vigilantiâ & virtute ſancto-

nunquam exſtincta fuere inſtitutionis noſtræ ſemina.

rum

rum quorundam Religioſorum ab Africæ excidio,id eſt,ab anno 440.ad annum 1215. vſque,conſeruata,qui nudo cordis adfectu, vitæ ac morum integritatem profitebātur. Ecce Antonini verba. *Hoc vnum certum eſt, quòd illa ſancta propago Sancti Auguſtini, non omnino extincta fuit, ſed aliquibus bonis Fratribus in quadam ſanctâ ſimplicitate viuentibus perdurauit vſque ad annum Domini 1215.* Qui inſuper addit, veriſimile eſſe Summos illorum ſæculorum Pontifices, eum Ordinem multis priuilegijs auxiſſe: vnicum ſe vidiſſe ait Innocentij Tertij, quo Ordini Sancti Auguſtini locum,quem ad Secenam habebat,titulo ſancti Antonij de Ardigneta nuncupatum,confirmabat. Quod quidem teſtimonium,magni ponderis auctoritatiſque eſſe, aduertendum eſt.

Capvt. VIII.

Vt Lateranenſe Concilium Eremitarum Diui Auguſtini ordinem ab exoletis tẽporibus confirmatum declarauit: & qui in eo Seraphicus Pater Franciſcus Aſsiſienſis ſolemnem profeſsionem emiſerit.

EA de re, vt ad Conciliorum, Summorumque Eccleſiæ Rectorum auctoritatem veniamus: Beatus vir Antôninus à Florentiâ loco citato *cap.* 13. inquit, Innocentium Tertium Pontificem Maximum in Lateranenſi Concilio (quod hoc Pontifice habebatur) mandaſſe, Magni Patris Auguſtini ordinem, in Summorũ Pontificium Ephemerides referri, abſque vllo alio ſolemni ritu aut cæremoniâ; ne videlicet nouiſſimè eum ceu nouitium confirmare videretur, vtpote qui multis retro ſæculis inueteratæ conſuetudinis more ab Eccleſiâ confirmatus abunde foret, tantumq; in Pontificios codices, id iure nouo exigente, putaretur referendus: quod in hunc modum declarauit, confirmauitq; Gregorius

Pontifex in tabulas referri iubet Auguſtini Ordinem.

X.in Concilio Lugduni habito anno 1273. Expreſſè etiam habetur in Sexto. *De religioſis domib.cap.vnico.§.Sanè.* verba ſunt *Ceterum Eremitarum Sancti Auguſtini ordinem, cuius inſtitutio Concilium Generale præceſſit, in ſolido ſtatu volumus permanere.* Et quia Siniſtrum huius periodi ſenſum plurimi fecere, pro, *inſolido, in ſuo,* aut *in ſolito* dicentes, inquit Azorius; Bonifacius VIII. & Ioannes XXII. *inſolido*, dicendum eſſe declararunt, quòd aliàs ſolemni Pontificum auctoritate, firma ſtabiliſque eius comprobatio foret inſtituta.

quare confirmatum iam cenſuit.

Quod ſi denique certum eſt, vt hîc habetur, & veriſſimè, hanc Religionem ante Concilium generale inſtitutam, quod anno Domini 1215. celebratum fuit, dicatq; Concilium ſe velle eam in ſolido ſtatu, in quo priùs erat, permanere: nec illius concilij Patribus, vlla alia publica aut ſolemnis approbatio requiri videbatur, vt quæ non neceſſaria foret, præter eam ſolemnem generalemque ſignificationem, quâ, ceu ſat comprobata, confirmataq; in Antiſtitum Ephemerides redigenda iudicabatur: ſequitur apertè eam multis ante ſæculis debitis cum ritibus confirmatã, comprobatamq; fuiſſe: quod non ſic cum Diuorum Dominici & Franciſci

ſecus eſt de ordinibus DD.Do-

Franciſci Ordinibus actum eſt: nam licet eos dictum Concilium approbarit, non tamē confirmauit, nec Codicibus, ſicut Auguſtinenſem, inſcribi iuſſit. Poſtea tamen Honorius III. anno Domini 1216. Beati Dominici iuſtitutum, qui è Canonicis Regularibus Diui Auguſtini fuit, confirmaſſe fertur. Diui verò Franciſci, quod teſte Caſaneo *part. 4. conſideratione 69.* enatum eſt anno orbis reſtituti 1206. idem Honorius anno Domini 1223. confirmauit. [Dominici & Franciſci.]

Franciſcus autem, vt placet Bergomenſi, anno Domini 1199. primùm Ordinis Eremitarum Diui Auguſtini regulam ſub Sanctiſſimo viro Ioanne Bono ex Eremitarum Auguſtinenſium Ordine, quem per Italiam ruentem erexit, profeſſus eſt: extat Mantuæ huiuſce rei codex authenticus, vbi ſacræ eius reliquiæ quieſcunt. Bergomenſis verba ſunt. *Franciſcus Seraphicus Italus natione ex Aſſiſio Vmbriorum ciuitate ortus, Diui Ioannis Boni magni Eremitæ diſcipulus, vir vtique diuinus, ac Ordinis Minorum Pater & Dux, hoc anno terrena omninò deſpiciens, Chriſtum in omni vitâ ſecutus eſt. Hic quippe cum religionis habitum à Beato Ioanno Bono prædicto ſuſcepiſſet, & in manibus eius profeſſionis* [S. Franciſci primi inſtitutio Eremitica.]

 votum

votum ſub regulâ Beati Auguſtini emiſiſſet, vt hoc etiam tabellarij chirographo authĕtico comprobatur, & aliquandiu pedibus calceatus, ac corrigiâ cinctus inceſſiſſet, ſententiæ Dominicæ memor dicentis : Qui venit ad me & non renuntiat omnibus quæ poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus : *Atq; illud quod diſcipulis, eos ad prædicandum mittens, præcepit, vt nec aurum, nec argentum poſſideant, &c. abiectis omnibus tunicam incultam & contemptibilem fune præcinctam induens, nouum mox ordinem conſtituit.*

Accedunt Baptiſta Ignatius *lib.4.cap.4. & lib.2.cap 8.* Sabellicus *Enneade 9. lib. 6.* Vincentius Beluacenſis *lib.3.cap.98.* Moriſius *lib. De religionib.cap.7.* Polydorus Virgilius *lib.7.cap 4. De rerum inuentionib.* Illeſcas in vitâ Innocentij III. Villegas, cum reliquis omnibus, qui librum Flos-Sanctorum ſcribunt; Franciſcum Aſſiſio oriundũ Religioſum Auguſtinenſem fuiſſe, eamque religionem antiquam, & iam ante comprobatam, communi ſtylo perſequitur. Atque ita eſſe ſignificauit Iacobus Sehicis in iudicio contradictorio, vbi ceu legatus Pontificis, ſic ſe habere declarauit, cuius ſententia in Ephemerides Balearis inſulæ Epiſcopi, quæ Mallorca dicitur, relata eſt: eius etiam

exemplar

exemplar authenticum, ac fideli exſcriptũ ſtylo habetur Valentiæ, in Eremitarum Auguſtinenſium cœnobio. Declarat inſuper, propterea Diui Auguſtini Ordinem Beati Franciſci Ordini præire debere.

Cur Auguſtinenſes præcedant Franciſcanos.

Huius tamen præitionis aliam rationem aſſignat *Caſaneus conſiderat*.71. quòd nimirũ Eremitarum Ordo ab Auguſtino inſtitutus, qui antiquior, digniorque eſt; atque is qui dignioris lauream fuerit conſecutus, licet etiam vno eodemq́; ſit tempore, præferendus eſt, iuxta Gloſſam *leg. 2. ff. De albo inſcrib.* & iuxta id quod habetur in *l. Reſtituendæ. C. De aduoc. diuers. iudic.* & in *cap. Per tuas. De maio. & obed.* Denique etiam quia Eccleſia Romana, priùs Auguſtinum, eiuſque facta & opera comprobata habuit, quàm Franciſcum, vt conſtat *ex cap. Sancta Romana Eccleſia. 25. diſt.* Romanus enim Pontifex Gelaſius anno exempti generis humani 490. ea approbauit.

D. Ioannes Bonus Auguſtinenſis.

Iam verò quod Ioannes Bonus ex Eremitarum Auguſtinenſium ſerie fuerit, docet Petrus de Natalibus in additionibus ad *lib. 12, cap. 6.* & nos Romæ eiuſce rei autographum habemus. Manet igitur ex dictis Auguſtinenſes Dominicanis & Franciſcanis præferendos.

Et vt ad Franciſcum regrediamur, Henricus ab Alemaniâ, in eâ quam in membranis reliquit hiſtoriâ, inquit: *Tempore Innocentij Tertij fuit Frater Ioannes de Celâ, circa quod tempus Beatus Franciſcus cum Fratribus Sancti Auguſtini habitauit; & quidam aſſerunt quod fuit Frater dicti ordinis Sancti Iacobi de Aquauiuâ iuxta Piſas, vt ex eius vitâ colligitur, vbi legitur, quod Beatus Franciſcus habitum Eremiticum deferens, baculum manu geſtans pedibus calceatus, & corrigia cinctus, cum Fratribus Eremitis Sancti Auguſtini deuotè inceſſit:* Concludit autem quod *relictis omnibus ſolus ad nemus confugit.* Quo in nemore fieri potuit, vt mons Aluerni fuerit, vbi Diuus Franciſcus Chriſti Seruatoris ſtigmata recepit; vnde in hunc fere modum proſequitur Henricus, quòd cùm peſtilentia inter animalia graſſaretur, diuinitus cuidam Dei famulo ſignificatum fuerit, vt ſe ad eum locum, in quo cum Eremitis Sancti Auguſtini Franciſcus morabatur, conferret, impetraretq; vt ſibi Diui Franciſci pedes manuſque abluere permitteretur, quo facto aquâ lotionis animalia conſpergeret, & conſperſa ſanarentur; nec mora, fecit, & curata ſunt. Hæc omnia ad Dei gloriam & honorem, Magniq; Patris Auguſtini

mirum de Sancto Frâciſco.

ſtini

ſtini referuntur: cùm enim in eo & ſapientia & humilitas ex æquo certarent, vt inquit Iordanus, eũ Deus eo honore dignari voluit, vt ex eius Ordine humillimus Franciſcus, cui per antonomaſiam id nominis tribuitur, prodiret.

§. I. CAP. VIII.

Mira de Diui Auguſtini corde, in quo Chriſti ſtigmata, quæ Franciſcus in corpore.

TAnta autem æterni Numinis ardore flagrabat Auguſtinus, vt cor eius iaculis diuini amoris petitum ac vulneratum, quod de ſeipſo in Confeſſionum libris fatetur, Chriſti ſtigmata expreſſerit, quâ de re corrumpi nunquam potuit. Mouet admirationem quod in antiquiſſimâ hiſtoriâ manuſc. reperitur, habeturq́; in multis alijs: ſcilicet, quod cùm Diuus Sigisbertus Lugduni Gallorũ Epiſcopus cognoſcendi ſtudio flagraret, quid ex Magni Auguſtini corde, quod ita ardenter in Deum ferebatur, factum eſſet: dormiẽti Angelus in cryſtallino vaſe reconditũ Auguſtini cor, recentibus adhuc notis integrum, ſanumq́; oſtendit, dicens. En cor Auguſtini, noluit enim Deus id corrumpi, quod tantùm in eius amorem exarſit: cumq́; euigilaſſet Epiſcop⁹ Deo gratias agẽs, ſanctũ illud

cor D. Auguſtini incorruptum.

ab Angelo demonſtratur.

 illud

illud cor in Eccleſiam Lugdunenſem intulit, ibiq; conſpiciendum erat anno reformatæ naturæ 951. teſte Iordano de Saxoniâ Serrarienſe in quodam ſermone quem de Sancto Patre Auguſtino habuit. Quoties verò in eius præſentiâ, Sanctiſſimæ Trinitatis nomen proferebatur, ipſum in vaſe moueri, palpitare, ſalireq; videbatur: totis deniq; ijs annis quibus eâ in baſilicâ aſſeruabatur, hæreticorum nullus templum ingredi auſus fuit, quod ſi quis temerariè irrumpere nitebatur, ante fani valuas ſubito correptus fato interibat. Hinc ſub ea tempora cordis imago ſculpta ferebatur, ſub cuius cuſpide aliquot hæretici exanimes proſtrati iacebant.

non tulit præſentes Hæreticos.

Nec prætereundum quod ex relatu Reuerendiſſimi ac illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi Bracarenſis habeo, Fratris Auguſtini de Ieſu & Caſtro, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, Primatis ſanè fide digni: qui cùm ex Pontificis mandato Monachij Bauariæ ciuitate, in Eremitarum Diui Auguſtini cœnobio viſitationem inſtitueret, inter ceteras Sanctorum reliquias, cor è ferro acini lapillum magnitudine referens, in argenteâ capſulâ aſſeruatum, quæ ſub pluribus clauibus firmabatur ſe vidiſſe adfirmauit;

Inluſtriſſimi ac ſanctiſſimi Antiſtitis teſtimonium.

firmauit; quod aureæ ſphærulæ incluſum chartulâ circumuoluebatur cui inſcriptum *Cor tactum vero cordi Sancti Auguſtini, ferreũ propter nimiam eius conſtantiam, & aureum propter inflammatam eius charitatem.*

Complacuit procul dubio ſibi maximopere Deus in Diui Auguſtini corde, quãdoquidem cum adeo celebrem in ſuâ Eccleſiâ eſſe, totq; viis & rationibus, in ipſis etiam ſaxis honorari voluit: vnde videmus quod ex eo tempore, quo noſtri Diuæ Catharinæ de Badaya monaſterium erexerunt, eo loci in ipſo colle, lapilli perfectam cordis figuram habentes, legantur, impreſſis notis quinque, ſeu lineis decuſſatim implexis; vulnerum formam referentibus, ac Diuæ Catharinæ rotam exprimentibus, vidi ego, licet huiuſce myſterij recondita ſit ſignificatio, prout adfirmat Roſetus in ſermone quodam de conuerſione Sancti Doctoris Auguſtini.

Lapilli cordis figuram reddunt, iuxta monaſterium Auguſtinenſium, quos etiam vidi, & collegi.

Auguſtinum etiam quinque vulnerum Chriſti ſtigmata in corde ſuo impreſſa habuiſſe, adfirmant Sanctus Vincentius Ferrera, & Diuus Bonauentura: Reuerendus etiam Pater Frater Ioannes ab Angelis, in triumphis amoris Dei *part.* 1. *cap.* 11. eam Diui Bonauenturæ opinionem fuiſſe dicit,

Habuit & Chriſti ſtigmata cor D. Auguſt.

vt Auguſtinus vulnerum notas habuerit, licet admodum arcanas: quas ſi habuit, appoſitè admodum quadrare videtur, vt Patrem referat ſua proles; quamuis Seraphicus Pater Franciſcus, qui Auguſtini proles citra omnem controuerſiæ aut opinionis aleam, quinq; vulnerum Chriſti notas in ſuo ſancto corpore viſibiles habuerit, vt ſcilicet noui Chriſti athletæ, quos inſtituturus erat, quod in ſuo duce cernerent, imitarenturq; haberent: & ipſe eos, quâ voce Apoſtolus Corinthios libere adhortari poſſet, *Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chriſti.*

§. 2. CAP. VIII.

Fratrum Minorum inſtitutio vnde cœpta.

AVctoratus iam profeſſionis Auguſtinianæ miles Franciſcus, altiori afflatus ſpiritu didicit ſe Illuſtriſſimæ, Auguſtiſſimæque Religionis caput futurum, mediantibus Chriſti verbis quæ ex Euangelio Marci & Lucæ 10. audierat, vbi præcipit diſcipulis ſuis, ne poſſideant aurum neque argentum, non peram in viâ, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: qua voce inſtructus Franciſcus, vt

quid Franciſcum mouerit vt nouũ ordinem inſtitueret.

inquit

inquit Nicolaus ab Alexandriâ *cap. 9.* Collectaneorum huius Ordinis, Reuerendum Patrem Fratrem Bandinum Priorem monaſterij Sancti Saluatoris, quod Sylualacus dicitur, Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, Secenis adijt, durius aliud vitæ genus ineundi facultatem rogaturus; quamuis etiam tum, teſte Petrarchâ *lib. 1. tractatu 3. cap. 11. & 12. De vitâ ſolitariâ*, in ſolitudine ageret.

quo etiam in monaſterio Sylualacus habitauit D. Franciſcus. ſic Aub. Miræus lib. de orig. rel. cap. 2.

Eâ igitur libertate acceptâ Franciſcus aliud inſtitutum initurus, poſitis baculo, cingulo & calceis, veſtem ſuam in viliorem rudioris panni commutauit, eamque fune ſupercinxit: ita ferunt Beatus Bouauentura in eius vitâ, Sanctus Antoninus à Florentiâ *parte 3. tit. 24. cap. 2.* Gonzaga & Pineda *part. 3. lib. 22. cap. 23. §. 2.* & Vincentius Gallus hiſtoriæ *cap. 98.* qui omnes in eam abeunt ſententiam, vt Franciſcus Eremita fuerit, ac cinctorio pelliceo, calceis & baculo vſus, quo ritu tum Fratres Auguſtinenſes dignoſcebantur. Abiecit calceos, & aſperiorem ſumſit veſtem, in acrioris pœnitentiæ argumentum: cingulum in funem vertit, ex humilitate, vt qui ſe indignum exiſtimaret, qui rem ita ſanctam, totque refertam myſterijs geſtaret, quâ tot, tamq; ſolemnes

viliorem veſtem adſumit.

Zonam in funẽ vertit.

ſolemnes ſancti vſi priùs fuerant. At quia nil in formâ & colore habitus Auguſtinenſium Franciſcus immutarat, qui è naturali bidentium nigrarum lanâ erat, ac nullo imbutâ colore, ideoq; haut facilè Auguſtinenſes à Franciſcanis dignoſcerentur, Alexander IV. per breue Apoſtolicum datum anno Verbi incarnati 1256. mandauit, vt Auguſtinates atriori colore ſuam veſtem imbuerent, baculiſque vterentur; quod eâ ætate ad praxim redactum eſt. Huius breuis Apoſtolici mentionem facit petrus à Nigraualle: exſtat autem Ticini in archiuio, & apud Franciſcanos Bononiæ.

eadem habitus eius ſpecies, & Auguſtinenſium.

cuius pontificio decreto fit diſtinctio.

Inſtituit igitur Seraphicus Pater Fratrũ Minorum ordinem, & quidem ſub Diui Patris Auguſtini regulâ, vt notat Caribayus *tomo 2. lib. 12. cap. 47.* quam quia nouis additis præceptis nonnihil immutarat, Honorius III. vix adduci potuit vt eam confirmaret: confirmauit nihilominus tandem, vnà & Religionem ipſam, vt priùs Diui Dominici Ordinẽ confirmarat; Concilium enim Lugdunenſe, Sanctorum Franciſci & Dominici inſtituta approbauit tantùm vt rem bonam, ac Reip. vtilem, nil vltra: at verò Diui Auguſtini Ordinem approbatum & confirmatum habuit, & declarauit, prout ipſo

Auguſtini regulam retinet, & auget.

ſub Innocent. III & Honor. III. confirmatam dicit Miræus lib. de orig. Ord. ad Lector.

ipſo Auguſtini ſæculo fuerat: id quod ſupra probatum eſt: tum enim & in ſacris concionibus habendis, & in ſacramenti pœnitentiæ adminiſtratione, in ipſis etiam ciuitatibus occupabantur Fratres Auguſtinenſes, vt notauit Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus §.3.4.5. & 6. Quapropter Innocentius IV, & Alexander IV. circa annum Domini 1244. & 1255. labantem hunc ordinem reſtituturi (qua de re poſtea latiùs) voluerunt eum ad inſtitutionis ſuæ radices, quarum ſator Auguſtinus, reuocari.

§. 3. CAP. VIII.

Qui veram Beatiſſimæ virginis effigiem Romæ habeamus. Eſt & Sancta Clara de monte Falco Auguſtinenſis.

ET quoniam tanto mentis adfectu Magnus Auguſtinus in Beatiſſimam Virginem matrem ferebatur, vt in eius cultum deuotus omnino videretur, Gregorius IX. Pontifex Maximus, año Dei incarnati 1227. in reciproci quaſi amoris μνημόσυνον Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Populo effigiem, quam Diuus Lucas depinxerat, nobis tradidit; & eam modò Romæ habemus.

Aliquot poſt annos Deus optimus maximus

ximus huius ſe Religionis memorem præbuit, cuius obliuiſci non poteſt, in magnum illius Patrem Auguſtinum intendens. Summus enim Præſtes Nicolaus Quintus, vt placitum eſt Bergômenſi noſtro, anno Domini 1299. Sanctam Claram de Monte Falco monialem, Ordini noſtro adiudicauit, ſacras ei horas diſpoſuit, & in Sacello monaſterij Sanctæ crucis de Monte Falco, eiuſdẽ ordinis, vbi corpus eius quieſcit, Miſſæ ſacrificium celebrauit. Fidem etiam facit idem Pontifex, ſe huius Beatæ apertum cor vidiſſe, & in eo paſſionis Christi inſignia diuinitus inſculpta & quaſi prominentem crucifixum: nec-non etiam tres ſcrupulos ſeu lapillos eiuſdẽ coloris & ponderis, quos felli detractos adſeruabant; ex quibus vnus alteri compoſitus æquale reddebat pondus, & vnicus binos alios, & bini ex illis vnicum grauitate æquabant; quod factum cenſeri debet in memoriâ ſingularis illius adfectus & religionis erga ſanctiſſimam Triadem, quemadmodũ ipſa, reuelatione factâ, teſtificata eſt.

Sacta Clara Pontifice iudice, eſt Auguſtinenſis.

paſſionis Chriſti inſignia in corde geſtabat.

Eam denique Ordinis Sancti Auguſtini fuiſſe confirmauit Roman⁹ Pontifex Ioannes XXII. cùm in Breuib⁹ quæ ſuper examinãdâ eius vitâ & miraculis dedit, monialem Auguſti-

Auguſtinenſem nuncupauit. hæc ego Breuia vidi. Idem confirmant Sabellicus *Enne. 7. lib. 9.* Reuerendus Pater Salazar *diſcurſu quinto ſuper Credo.* Ludouicus Granatenſis *Symboli part. 2. cap. 27. §. 7.* Et in Centurijs Ordinis noſtri habetur extare adhuc eius corpus integrum & formoſum, quod etiamnum in habitu nigro, & Diui Auguſtini zonâ cinctum videre eſt, inſuper etiam eius cruorem in lagenulâ ita recentem ac tum fuit, cùm è naribus Beatæ animam Chriſto reddentis effluxit. Viſitur in Auguſtin. habitu.

In memorato præterea monaſterio habemus diploma Gregorij XIII. in quo eam Monialem Ordinis Sancti Auguſtini fuiſſe perhibetur, ſitq; nobis poteſtas eam obliterandi, vbi ſine habitu Sancti Auguſtini depictam deprehenderimus. Nouiſſimè autem nobis per Bullam aliam conceſſum eſt: vt eam, ceu Ordinis Magni Auguſtini, peculiari officij Eccleſiaſtici obſeruantiâ celebremus. Sine quo, eam obliterare poſſumus.

Cap.

Capvt. IX.

Vt ſummi Romanæ Eccleſiæ Antiſtites continuò Fratres Eremitas veros Magni Auguſtini filios eſſe declararunt: qui vt talibus, ſacrum eius corpus nobis tradiderunt, corpus etiam Beatæ matris eius Monychæ. Quodq; eo ſub nomine à mille ampliùs annis in Hiſpaniâ agimus.

Beatus Antoninus *part.* 3. *cap.* 24. §. 4. refert, vt Romanus Pontifex Ioannes XXII. nobis ſacrum Diui Aurelij Auguſtini corpus, quod in noſtrâ etiam nunc eſt poteſtate, tradiderit, contentioſâ prius lite quam nobis Canonici Regulares hac ſuper re pridem intentarant, reſolutâ: verba Pontificis hoc magnum nobis depoſitum reddentis habes ex Breui Apoſtolico anni 1326. *Lamentabile enim videbatur proprios filios paterno ſepulchro priuari*, ideoq; ſe nobis Fratribus Auguſtinenſibus illud tradere inquit *ceu veris hæredibus & legitimis filijs*, additq; nos vt tales *vniri debere tanquã membra*

Regulariũ contentio de Auguſtini corpore.

membra capiti, diſcipulos Magiſtro, & filios Patri ſuo; vnimur autem quoniã dium Capitis noſtri corpus Ticini poſſidem⁹. Eſt ibi quod animos hominũ mirabiliter afficiat actutũ ſepulchro hæ ſacræ reliquiæ conditæ fuerunt, perpetuò ſalientis infirmis aquæ fons emanare cœpit, quem vt bibêre, à ſuis morbis curantur, ſcilicet vt hac re iugis eius ſapientiæ & eruditionis fluxus ſignaretur.

Fons erupit vbi repoſitæ Auguſtini reliquiæ.

Idem Pontifex Diui Nicolai Tolentinatis Canonizationem inchoauit; qui Diuus æquè dum inter vitâ functos cenſeretur, ac dum viuis adnumeraretur, peruigil catafcopus, & aſſiduus Eccleſiæ propugnator fuit; animarum purgatorij carceribus mancipatarum aſſertor, ſtellati effigies cæli, præſentiſſimum ac generale tam mari, quàm terrâ afflictorum leuamen & medicina, quemadmodum in ſacro ei Horarum officio canit Eccleſia, clamat quotidiana toto orbe Chriſtiano experientia, & quæ peculiariter in Aragoniâ, Ecyâ, & Cordubæ habetur, vbi ipſo vnico anno exempti generis humani milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, mira centum & quindecim eſt operatus; qualificata ſunt ea omnia, & ab Ordinario, peritioribuſq; Cordubenſibus approbata: quorum etiam fidem ampliorem facit li-

Nicolaus Tolentinas quantus.

bellus, qui de his mirabilibus conſcriptus extat. Eâ de re Pontifices, Sanctum mira operantem appellitant: aut fortè etiam, quia crebrò admodum ſtupenda patrat.

Mira de eius effigie.

Suffragatur Genebrardus in Chronologiâ, inquit enim, anno reſtitutionis noſtræ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Decembris die 24. viſã Beati Nicolai Tolentinatis imaginem, quam Romę noſtri in æde ſacrâ Beatiſſimæ Virginis de populo pictam adſeruant, in adſtantium omnium conſpectu ſanguinem ſudaſſe.

Idem adfert Mercurius Gallo-Belgicus.

Quâ occaſione eremita fuerit.

Ioſephus Pamphilus in Chronicis Ordinis, Diuum Nicolaum Tolentinatem, ante vnionem Congregationum factã ab Alexandro IV. anno ſalutis 1266. habitum ſumpſiſſe cõmemorat, cuius conuerſionis cauſſa fuiſſe creditur Auguſtinenſis quiſpiam ex iis quos Beatus Pater Auguſtinus inſtituit, quem pro concione de mundi contemptu dicentem audierat.

Cauſſa cur & B Monychæ corpus habeamus.

Tandem Martinus Quintus reconciliationis noſtræ anno 1427. cum nobis Diuæ Monychæ corpus, quod penes noſtros eſt Romæ, traderet, addit in ſuis tabulis ſeu bullis, quòd ex Hoſtienſi ciuitate Romam transferri curarit, vbi mille & viginti annis quieuerat, illudq; in monaſterio S. Augu-

ſtini

ſtini deponi iuſſerit: & inter cætera quæ adfert in cauſſam, cur nobis ipſum reddiderit, inquit fuiſſe, *præſertim quia corpus ipſius Ordinis fundatoris in quadã Eccleſiâ Papienſi dicti Ordinis venerabiliter reconditum extitit*; additq;. *Nos autem veſtro Ordini Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, tanquam veris matris Monychæ hæredibus conceſsimus ſanctiſsimas eius reliquias.* Eoque titulo, habitu, regulâ, & appellatione Fratrum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, & filiorum eius, ſemper nos indigitauit Eccleſiâ, taleſque ex ipſis inſtitutionis noſtræ cunabulis continuò fuimus.

§. 1. CAP. IX.

Qui honores noſtris in ſacro palatio delati.

NEque tantùm nos filiorum Magni Auguſtini nomine Eccleſia ſignificatos voluit, verumetiam vt tales ampliſſimis honoribus in ſacro palatio eſt proſecuta: ab anno enim reconciliatæ naturæ 1319. vt ex Centurijs noſtris conſtabit, ordo Eremitarũ Auguſtinenſium tria in eo munera habet, Sacriſtæ videlicet, Confeſſarij, & Bibliothecarij Pontificis, quæ tria Ioannes XXII. contulit Reuerendo Patri Magiſtro fratri Ioanni Lemouicenſi: poſtea verò, In-

Sacriſtæ, Confeſſarij & Bibliothecarij Pontificis, ex Auguſtinenſibus ſumuntur.

nocentio VI. & Clemente VI. ad eadem officia aſſumptus eſt Raymundus Epiſcopus Foriliuienſis & Apamarienſis. Vrbano V. & VI. Gregorio item XI. ſucceſſit Amelius à Brenaco, qui poſtea Antiſtes Senogallienſis, Archiepiſcopus Tarentinus, & Patriarcha Gradenſis fuit. Bonifacio IX. & Innocentio VII. ijſdem muneribus inſignitus fuit Reuerendus Pater Frater Petrus Aſalbito, Epiſcopus Olorenſis, Condouenſis, & Eletenſis. Eugenio IV. & Nicolao V. ad eadem electus fuit Rodulphus Epiſcopus Caſtelli. Pio II. & Paulo II. eadem obiuit Reuerendus Pater Magiſter Frater Ioannes de Ciuita Caſtelli, eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, & poſtea Maſſenſis, quo Patre vitâ functo, in ſacriſtæ officio ſecutus eſt Clericus quidam, qui & Sancti Sebaſtiani Abbas, & eodem anno diem obiit: tum denuo ad eadem officia electus eſt ex ordine noſtro Reuerendus Pater Magiſter Frater Auguſtinus de Ciuita Caſtelli, Alexandro etiam VI. Pontifice: quo naturalem fati conditionem implente, Pontifex in ſacrarij cuſtodem Epiſcopum Maſſenſem qui non erat inſtituti noſtri habere voluit, at hic etiam ſtatim ceſſit è vitâ. tum verò Alexander VI. anno reparationis humanæ 1492.

hac

hac ſuper re tabulas condidit (illas ego habeo) quibus illa munera noſtro Ordini futuris temporibus adiudicauit, præſertim cùm ea ab immemoratis iam temporibus habuerit.

§. 2. CAP. IX.

Vnde in Hiſpaniâ hic Ordo propagari cœperit.

IN Hiſpaniâ Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini appellationem & nomen etiã continuauimus ab anno Dei incarnati *382*. eo enim ſæculo, & anno *596*. vt inquit Vaſeus, Beatus Paulinus Antiſtes Nolanus nouellâ Eremitarum Auguſtineſium plantatione in Gallijs conſtitutâ, Barcenonâ nos in Hiſpaniam induxit, id quod præterea affirmat Antonius Monchiacenus Demochares *lib. 2. cap. 25. De celebratione Miſſæ*. Inſuper addit Vaſeus, Beatos Ambroſium & Auguſtinum, Paulinum iam ſacris initiatum Barcenonam miſiſſe, & vt ex concilio Tarraconenſi capitulo vndecimo colligitur, in quo Monachorum fit mentio, atqui, eâ ætate, anno ſcilicet quingenteſimo decimo ſexto qui in Monaſteriis vitam communem agerent, nulli præter Auguſtinenſes eſſe potuerunt, de quibus etiam Concilium,

D. Paulinus Eremitas in Hiſpaniam induxit

qui Barcenonam à DD. Ambroſio & Auguſtino miſſus.

Romanus ſiue an Burdegalenſis fuerit D. Paulinus.

Et quamuis Beatus Antiſtes Paulinus Romanus credatur, ex nobiliſſimâ Aniciorum Senatorum familiâ oriundus, vt canit Prudentius Poëta Catholicus lib. 1. Burdegalæ nihilominus Aquitaniæ ciuitate natus eſt, vt ex Auſonij epiſtolâ 20. deducitur, & ex Ambroſij 36. vbi Paulinũ facultates ſuas diſtraxiſſe ait, erogaſſeq; pauperibus, quò liberior monaſticæ vitæ genus amplecteretur, eâ autem oportunitate quâ rerum ſuarum diſtrahendarum cauſſâ Burdegalas venit, in Gallias primùm, inde verò eum in Hiſpaniam tranſiſſe: quamuis Cæſar Baronius Tom. 4. anno 394. dicat eum Romæ oriundum, facultates autem ſuas in Aquitaniâ poſſediſſe; niſi fortè malè notatam diui Ambroſij Epiſtolam dicendum eſſet.

D. Paulinus Eremita factus annos natus 40.

Ad hæc idẽ Baronius Annalium Tom. 5. anno Chriſti 395. Num. 36. Paulinum ex Eremitarum numero quos Auguſtinus inſtituit fuiſſe commemorat, qui vt in ſacris Ordinibus conſtitutus fuit, Diui Ambroſij ſacellanus, & Auguſtini diſcipulus effectus eſt, cuius Eremiticæ inſtitutionis habitum annos natus quadraginta ſumpſit, vt ex Auguſtino colligitur Epiſtolâ 31. 34. & 35. cuius etiam vxor Tereſia pari animo monialis effecta eſt, vt idem teſtatur Cęſar Baronius Tom. 4. anno

Et vxor eius Tereſia monialis.

anno Chriſti 394. Similiter fecere Pinianus, & vxor eius Menalia Iunior, in duobus monaſterijs quę in Tagaſtenſi opido erexerunt, Eremitarum Auguſtinenſium vnum octoginta Monachorum, alterum Monialium centum & triginta etiam Auguſtinenſium, vt habet Cęſar Baronius Annalium Tom. 5. anno Chriſti 409. Num. 16. & Petrus de Natalibus lib. 9. cap. 45.

Pinianus etiam, & vxor eius Menalia. Et monaſteria erigunt.

§ 3. CAP. IX.

Celeberrima referuntur huius ordinis monaſteria, quantumq; nominatiſsimis viris claruerint.

SVb idem tempus non multò poſt Magni Auguſtini obitum, ſubmotum eſt monaſterium Lirinienſe in Gallijs, ex quo inſignis notæ, ſanctitatis & doctrinæ viri prodiêre; fundatores habuit Sanctos Capraſium & Honoratum. Eo in monaſterio anno gratiæ 490. Beatus Porcarius vnà cum quingentis alijs Monachis, martyrio adfectus eſt, cùm Gothi Arianâ labe infecti Gallias in ſuam ditionem pertraherent.

Lirinienſe monaſteriũ Auguſtinen. Excitarunt DD. Capraſius & Honoratus. In quo 500 Monachi Eremitæ martyrio adfecti.

Ex eo cœnobio fuere Sânctus Maximus Rhegienſis Epiſcopus, S. Hilarius Epiſcopus Arelatenſis, Sanctus Lopes Epiſcopus Tricaſſinus, Sanctus Lupus Antiſtes Lugdunenſis, S. Cæſarius Epiſcopus Arelatenſis, S.

Celebres viri ex eo prodiere.

Ægidius & vincentius Lirinenſes , Fauſtus & Antonius , teſte Eucherio Lugdunenſi Epiſcopo, & Eremitâ Auguſtinenſe.

Et Aub. Miræus lib. de orig. ord S Auguſt. c. 2. probat ex Hieron. Bon-ſeigneur: & Thoma Senen. anno 600.

Moriſius autem *li. De origine Religionum.* monaſterium Ilicetenſe iuxta Senas noſtrorum Eremitarum fuiſſe probat, anno orbis reſtituti quingenteſimo Caribayus prætereà *tomo* 1. *lib* 8. *Capitulo* 20. *De Gothis.* Donatum miræ Sanctitatis & eruditionis virum claruiſſe inquit anno quingenteſimo ſexageſimo nono, qui cum aliis fere Septuaginta ſui inſtituti viris, id eſt, Auguſtinenſibus Eremitis, inſultantes in Africâ Vandalos declinans, eò venerat: factusq; eſt, Abbas monaſterij Seruitani quod Xatiuæ in Valentiæ regno erexerat, ſubſidia ferente piâ matronâ Mincheâ, ſiue Miniceâ Beatus autem Iſidorus *lib. de viris illuſtrib.* Eutropium Valentiæ Epiſcopum Sancti Donati diſcipulum fuiſſe ait. Sanctus Ildefonſus Archiepiſcopus Toletanus, in additionibus ad librũ Sancti Iſidori de viris illuſtribus, citaturq; à Garciâ de Loayſâ in Collectionibus Conciliorum folio 767. hunc Diuum Donatum Sancti cuiuſdam Eremitæ diſcipulum in Africâ fuiſſe inquit: primumq; qui Monachos Eremitas, ſub regulâ & triplici votorũ obſer-

Donatus Eremita valentiam venit.

Eutropius Epiſcopus Donati diſcipulus.

obſeruantiâ merentes, in Hiſpaniam Africâ vaſtatâ induxerit.

Idem ſentiunt Reuerendus Pater Mariana *lib.4.cap.11.* Ambroſius de Morales *tomo 2.lib.11 cap.60.* & 70. cum Vaſeo anno 569. Pineda & Ambroſio Coriolano, qui hos Eremitas Ordinis Sancti Auguſtini fuiſſe, in hiſtoriis ſuis aſſerunt. Ildefonſi autem verba ſunt huiuſmodi: *Donatus ex profeſſione & opere monachus, cuiuſdam Eremitæ fertur in Africâ fuiſſe diſcipulus. Hic violentias barbararum gentium imminere conſpiciens; atq; ouilis diſſipationem, & gregis Monachorum pericula pertimeſcens, fere cum ſeptuaginta Monachis, copioſiſq; librorum codicibus nauali vehiculo in Hiſpaniam commigrauit, qui ab inluſtri, religioſaq; feminâ Mincheâ, ſubſidijs ac rerum operibus ſubminiſtratis Seruitanum monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe. Iſte prior in Hiſpaniam monaſtica obſeruantiæ vſum & regulam dicitur adduxiſſe.* Vnde legitimè inferri poſſe videtur, hunc Beatum virum Donatum Africæ ruinas pertimeſcentem ante Auguſtini beatam dormitionem, inde in Hiſpaniam receſſiſſe: neq; verò penitus res Africana deleta eſt, niſi poſt Donati è viuis exceſſum. Adhæc Donatum nonniſi Eremitam Auguſtinenſem eſſe potuiſſe manifeſtum

Ildefonſi Epiſc. teſtimonium.

ante Auguſtini obitum Donatus venit in Hiſpaniam.

 nifeſtum

niſeſtum eſt, quandoquidem præterea nulli totâ Africâ haberentur.

Et quia Beatus Ildefonſus ordinem temporum prætermiſit, non eſt habenda eorum ratio qui Beatum Donatum dicunt ſæculi, quingentorum annorum, quod coincidit cum anno Christi quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo; ſed anni tantum quo vitâ functus eſt Augûſtinus, ſcilicet (iuxta Bergomenſem) quadringenteſimi triceſimi ſeptimi, nec multò ante Donatus in Hiſpaniam commigrarat.

Maximus Valentiæ Epiſcopus, cuius meminit B. Iſidorus lib. *De viris illuſtribus*, quẽ Tritemius & Vaſeus anno ſexcẽteſimo decimo floruiſſe dicunt, librum de rebus geſtis Gothorum in Hiſpaniâ conſcripſit, qui quidem manuſcriptus exſtat, vbi habet in hæc fere verba: ætate quingentorum nonaginta trium, qui annus eſt Chriſti quingenteſimus quinquageſimus quintus, *Reædificatur ab Athanagildo monaſterium Ciſlæ Sanctæ Crucis Ordinis Sancti Auguſtini* (eſt id in Toletano regno, quod Hieronymiani modò occupant) quod ſi reædificarit, rectè inferri poſſe videtur, prioribus antè ſęculis illud fratrum Auguſtinenſium fuiſſe. Huius porro monaſterij Sanctæ Crucis Ciſlæ, Prior Abbas fuit

Eremitarũ in Hiſpaniâ antiquitas probatur.

Diuus

Diuus Artuagus Gothus, teſtatur ipſe in quadam Epiſtolà ad Beatū Iſidorum Hiſpalenſem Epiſcopū in hæc verba. *Reuerendiſſimo Domino Iſidoro Epiſcopo Hiſpalenſi Frater Artuagus Monachus Prior Abbas Sanctæ Crucis ſalutem, &c.* Huius etiam meminerunt Seripandus, Coriolanus & Pamphilus: tandem concludens Epiſtolam, inquit: *Ciſlâ,* ſæculo ſexcenteſimo viceſimo ſecundo, qui eſt annus Chriſti 584. *Artuagus cognomento Gothus ex Ordine Sancti Auguſtini.*

Nec eſt quod quenquam moueat, ſi Præpoſiti noſtri, & Priores & Abbates nuncupentur, quibus nominibus Patres ſunt ſignificati, quāuis in regulâ Preſbyteri, aut Præpoſiti vocitentur, ipſo enim Auguſtini ſęculo Abbates dicebantur, vt placet Victori Africano in Hiſtoriâ Vandalicâ, & Eugypio in vitâ Sancti Seuerini: in vitâ etiam Sancti Fulgentij, auctori illius. Ipſa autem temporum viciſſitudo, increbreſcente Religionum varietate, diuerſa earum ſuperioribus indidit nomina: vnde Beatus Antoninus à Florentiâ *Part. 3. Titulo 23. Cap 4. §. 3.* Ordinis Dominicanorum Generalem, Abbatem dictum fuiſſe inquit, & Pintiæ Benedictini ſuum præpoſitū Priorem vocarunt, quē ex inſtituto Abbatē appellare debent, hoc

Diuerſa præpoſitorum nomina, cum tēpore nata & ſublata.

hocipſum inter Canonicos Regulares factitatum eſt: ac proinde Artuagus Eremita Auguſtinenſis, ſe priorem Abbatem inſinuat.

Huiuſce Diuæ Crucis cœnobij recurrit mentio in Concilio Toletano vndecimo, in quo, & in ſequentibus, tertio & quinto decimo ſubſcripſit monaſterij illius Abbas quidam; nomine Abſalon. Fuit & nobis in Toletano agro (Solanillam vocant) monaſterium circa annum 1260. inde verò in modernam ſtationem deuenimus.

Rex Luitprandus nobis monaſterium condit anno 721.

Genuæ Italiæ opido Luitprandus Rex anno orbis reſtituti ſeptingenteſimo viceſimo primo, noſtris Religioſis monaſterium à fundamentis ſuſcitauit: huius ſtructuræ ea ratio adfertur, quòd cum Ticinum Diui Aurelij Auguſtini corpus transferendum foret, nullâ vi humanâ loco dimoueri potuit, quin priùs Rex ad monaſterij erectionem, vbicunque ſacræ illæ reliquiæ quieſcerent, ſe voto adſtrinxiſſet.

ex voto.

etiam in Angliâ floruimus.

Achelnotus Cantuariæ Epiſcopus (vt ad Angliam deflectamus) anno libertatis 1402. vt ex regionis illius conſtat hiſtoriis, ingenti nummorum vi, alterum è Sancti Auguſtini brachiis in Angliam aſportaturus obtinuit. Canutus verò florentiſſimi

quon-

quondam regni illius Monarcha, pro ſuo in Diuum Patrem Auguſtinum adfectu, multa Fratrum Auguſtinenſium monaſteria reſtaurauit, nonnulla etiam ædificauit. Hinc infert Azorius nos ab anno milleſimo quinquageſimo nono, imò multis ante retrò temporibus, monaſterium Londini Anglorum habuiſſe.

Caribayus *tomo 2. cap. 12. lib. 21.* vnà cum Pamphilo, anno milleſimo centeſimo ſexageſimo octauo, venerabilem illam Seruatoris in cruce fixi ſtatuam Fratres Auguſtinenſes Burgis Hiſpaniæ opido, poſſediſſe aſſeuerat; id quod etiam ex Sancti Iuliani vitâ conſtat, & ex antiquis illius Sancti Conuentus literarum monumentis: adfirmat inſuper Azorius lib. ſuarum inſtitutionum moralium. De Salmanticenſi verò Fratrum Auguſtinenſium monaſterio, erectum inquit, anno milleſimo ducenteſimo ſecundo; quamuis nil certi eâ de re adferri queat.

Burgis Caſtella Chriſti confixi effigiem miracula patrantem habent Eremitæ ab anno 1168.

Salmaticēſe cœnobium erectum anno 1202.

Adhæc in Decretali *Qui clerici. cap. Inſinuante.* quæ eſt Innocentij Tertij, ſub quo habitum eſt Concilium Lateranenſe anno milleſimo ducenteſimo decimo quinto, habetur, etiam tum eo Pontifice Eremitas Auguſtinenſes Hiſpaniā inhabitaſſe. Ipſe-met

etiam

etiam Pontifex Innocentius III. Epiſtolarum libro ſecundo, Archiepiſcopos Vlyſſipponenſem, & Conimbricenſem, ſcripto monuit, vt quandam mulierem habitum Diui Patris Auguſtini reſumere cogerent, quòd, cùm caſtitatis votum in manibus Eremitæ Auguſtinenſis emiſiſſet, ipſum proiecerat. Præterea libro primo ſe cuidam Ordinis Eremitarum D. Auguſtini Priori ſcripſiſſe inquit, vt Archiepiſcopum Cantuariæ excommunicatum declararet, quia excommunicationis fulmine alium eiuſdem Ordinis Priorem percuſſerat, ne ad ſupremam Sedem appellaret, impediens.

§ 4. CAP. IX.

Ordinis Eremitarum antiquitas amplius declaratur.

Habitu & regulâ magno P. Auguſtino cōformantur.

HInc verò vna veritas alterâ roboratur: manifeſtumq́; eſt hunc Ordinem antiquiſſimum (ſic ait Frater Manuel Rodriguez, quæſtionarij *Tomo 2. parte 3. articulo. 4.*) quique Fratrum Eremitarum, eorum qui modo ſunt, cenſetur, eundem eſſe quem Diuus Auguſtinus inſtituit: Zonam etiam & habitum eorum, ſimilem eſſe omnino ei, quo Magnus Pater Auguſtinus ante & poſt Epiſcopale munus, vſus fuiſſe creditur, vt

ex

ex ſermone quadrageſimo nono colligitur, vbi ipſe Auguſtinus *Veni ad hanc Eccleſiam cum illis indumentis, quibus illo tempore veſtiebar.* Ideo autem ita frequens fit huius ſermonis mentio, quòd ſolus omne de hac Religione dubium, ex tumultuariâ & non intentâ eius lectione ortũ, propulſare valeat.

Beata denique Brigitta in ſuis reuelationibus libro tertio *cap. 18.* à Turrecrematâ, alijſque doctiſſimis viris, ex Baſilienſis Concilij commiſſione approbatis; inquit, vitam regularem egiſſe Auguſtinum priuſquam ei Epiſcopalis prouincia deferretur: nec-non etiam eâ ſuſceptâ. atqui, iuxta Diuum Thomam 2. 2. quæſt. 186. art. 1. Vita regularis & religioſa, per antonomaſiam ea intelligitur, quam Fratres agunt.

Ex eo præterea idipſum confirmari poteſt, vt inquiunt Bergomenſis, anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, & Beatus Antoninus Florentinus locis ſuprà citatis; quòd Summus Pontifex Alexander IV. cui Magnus Pater Auguſtinus in communi nobis habitu & cingulo apparuit, flaccido vultu & corpore, auctoritate Apoſtolicâ declararit, familiam quæ Eremitarum Auguſtinenſium nuncupatur, eam eſſe quam Sanctus Auguſtinus

Auguſtinus ab Alexand. 4. viſus in noſtro habitu.

ſtinus inſtituit; nec-non etiam Diuo Patri in habitu conformari. Ita confirmauit breuiarium Cardinalis Quignonii, Pij V. & Sixti V. in quo mandatur vt Eccleſia canonicas ideo laudes offerret ſub Diui Nicolai Tolentinatis patrocinium, Fratris eius ordinis quem Auguſtinus inſtituerat: quo vitâ functo, vaſtatâ Africâ, vbi ipſum fundarat, in diuerſos orbis tractus fugati Auguſtinenſes ſeſe receperunt, alij in Hiſpaniam, in Galliam alij, pleriq; in Indiam, in Æthiopiam multi, ad montem Piſanum, aliaſq; orbis plagas tranſeuntes.

Auguſtinenſes ex Aethiopia Romam veniunt.

Hinc ſuperioribus etiam temporibus Alexandro Sexto Pontfice, vt teſtis Sabellicus *Enneade 7. lib. 9.* quidam Eremitæ Auguſtinenſes ex Æthiopia ſuperiori, eâ quæ ſupra Ægyptum eſt, Romam venere, qui monaſteriorum Eremitarum Sancti Auguſtini, tantum eſſe numerum ijs in regionibus affirmabant, vt numerari non poſſent, tum propter illius orbis plagæ vaſtitatem, cûm etiam propter eorum multitudinem: ſeſe barbarorum rabiei Africam funere & flammis delentium ſubduxiſſe, in Libyam primùm, inde in Æthiopiam commigraſſe.

Quanquam verò prolapſu temporis, ex

eâ

eâ diſperſione, à priori ſuâ diſciplinâ hæc inſtitutio declinarit, perſtitit tamen in eſſentialibus ad Innocentium III. vſque: ſuffragantur Panuinus in Eccleſiaſticâ Hiſtoriâ, Sabellicus loco citato, Bohëmius in tractatu de orbis partibus: Pineda *parte 3. Lib. 22. Cap. 22. §. 7. & Cap. 23. §. 4.* Pius autem Pontifex, & Azorius in ſuis inſtructionibus *Lib. 12. Cap. 23.* Eremitarum Auguſtinenſium monaſteria in Occidente fuiſſe inquiunt, multis annis ante Innocentium Tertium, & Lateranenſe Concilium.

Accidentalibus religionis mutatis, manſere eſſentialia.

CAPVT X.

Qui Fratrum Eremitarum nomen, quos B. P. Auguſtinus inſtituit, in eo Ordine, vnà cum habitu, cinctorio, quo idem Magnus Pater vſus, regulâ demum ac viuendi modo quem illis tradidit, vſque ad vnionem, reſeruatum fuerit; & ab eâ vnione vſque adhuc.

ETſi antiquitatis ſuæ ratione, tanta temporum interueniente viciſſitudine, Diui Auguſtini Ordo in congregationes diſtributus fuerit, nihilominus tamen fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini nomen

&appellationem nunquam dimiſere: &ad eorum normam quos Pater Auguſtinus inſtituerat directæ, ſub eius regulâ & habitu militantes, ſeſe eorum legibus, & moribus formare ſtuduerunt. Cùm autem ea Religio remitti videretur, atq; à legibus, habitu, & inſtitutionis ſuæ rigore defeciſſet, quo tum viguit maximè, cum Magnum Auguſtinum pro Capite ſeu Directore habebat, quod ſuperiùs adducta flaccidi corporis viſio ſignificabat: Pontifex Alexander IV. grauiſſimis cenſuris adhibitis præcepit, vt quotquot Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini Congregationes forent, quæ ſeſe nouis ritibus & appellationibus diuiſerant, eæ in vnum coirent. Licet enim vniuerſim omnes ſub Diui Auguſtini regulâ militarent, diuerſa tamen pro ſe quæque ſortiebantur nomina, nam vnæ Britinenſes, Guilhelmitæ alteræ, aliæ S. Ioannis Boni, de pœnitentiæ Ieſu Chriſti aliæ, & aliæ de flagellis, varijſq; nominibus nuncupabantur.

Vnio congregationũ Alexandro 4. facta.

Atqui cùm omnes vnicum caput & Patrem Auguſtinum haberent, regulam vnam, veſtem pullam amplis manicis ſuo cum cinctorio, iuxta Magni Patris Auguſtini fundatoris vſum & ordinationem, ſimili omnes veſte vti debere Pōtifex declarauit, voluitq;

vt

vt collectim omnes in vnum deſcendentes, Generalem vnum, ſeu Caput haberent. Quo factum eſt vt poſt eam adunationem Bononiæ in Generalem electus fuerit Reuerendiſſimus Pater Frater Lanfrancus Septulanus de Sareta Mediolanẽſis, anno ſalutis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, iuxta annales: & Azorium *Lib. 12. Cap. 23. inſtitut. moral.* Henricum de Vrimariâ, qui eius notitiam habuit, & Henricum ab Alemaniâ in Hiſtoriâ quã in membranâ eſt proſecutus; qui inſuper ait, quòd licet Scriptorum incuriâ, tantâ temporum interueniente intercapedine, quinam huiuſce Religionis ab Auguſtini temporibus anno 442. Paſtores & capita fuerint, ignorentur, ſcitur tamẽ ex autographis authenticis, & Patrum antiquorum relationibus, quòd Alexandro Tertio Pontifice anno 1190 Frater Ioannes de Speluncâ, ante eam adunationem totius Religionis caput extiterit: Innocentio III. Frater Ioannes de Cellâ, & alij: poſt eam verò vnionem ex Eccleſiæ decreto Ordini præfuit Lanfrancus, à quo duodecim alios literis & Sanctitate eminentes ad ſua vſque tempora ponit.

Poſt vnionem Lanfrancus Generalis creatur.

§. 1. CAP. X.

Quâ auctoritate habitu albo vtamur.

VSum veſtis albæ inde habemus;quòd in reuerentiam puritatis Beatiſſimæ matris Dei, procurante Congregatione Beatiſſ. virginis de Secenâ, Alexander IV. in eundem finem à Clemente VIII. citatus, per breue Apoſtolicum, habitu albo domi vtendi nobis poteſtatem fecerit: quam Benedictus XI. tollere voluit, vnde vniuerſus Ordo ſe Beatæ virgini Gratiarum in Sancti Auguſtini Cœnobio Peruſino, voto adſtrinxit, & eâ nocte priuſquam ſententiam daret Pontifex defunctus eſt. Clemens autem VIII. in aliâ cum Dominicanis controuerſiâ definitiuam ſententiam dedit, quâ liberè domi veſte albâ vtamur, noſq; Fratres Ordinis Eremitarum S. Auguſtini interpellat; ſententiâ datâ Tuſculi die 2. Octob. anno 1603. §. 2. *cap. decimi.*

Pontificiâ auctoritate habitu albo vtimur.

Votum Auguſtinenſiũ

§. 2. CAP. X.

Mendicantes dicimur, & in prioris obſeruantiæ rigore ponitur modus.

CVm ergo iam in vnum conueniſſent Beati illi Patres, vt inquit Sanctus Antoninus §. 7. in Eomitijs Generalibus Ratiſbonæ

tiſbonæ habitis, ſanxerũt vt ea vitæ norma, in quâ Diuus Pater Auguſtinus ſuos primos coëremitas inſtituerat, ad primum pedem reuocaretur, quare eſum carnium, annui cenſus & hæreditatum poſſeſſionem, hortum excipientes, interdixerunt: veſtes vt in communi haberentur, eleemoſynis victitaretur, conſtituerunt: huic viuendi methodo reſtitutæ, quam ſuis præſcripſerat Auguſtinus, paruere tum omnes, vnà etiam accedente Eccleſiæ confirmatione, & eâ, quam in maiorem vnionis Congregationum firmitatem in ſcriptis fecit Eugenius IV. Reſtituitur vita Eremitica D. Auguſtini.

Eſt & ea Religio Mendicantium, vt probat Azorius loco citato, & *Gloſſ. in cap. Ex eo verbo Mendicantes, De exceſsibus Prælat. in 6. & in Gloſſ. in cap. Quorundam. De electione in 6. verbo, Mendicantes. & in cap. 1. De religioſis domibus in 6.* Et Leo Primus, Eremitarum Sancti Patris noſtri Auguſtini titulum nobis præfixit. Teſte autem memorato Henrico ab Alemaniâ in tractatu ſuprà citato, de iure communi hoc habet Religio noſtra, vt Ordo Eremitarum Sancti Auguſtini dicatur; huic enim ſoli is titulus tribuitur in Decretis, quoties eorum fit mentio qui Diui Auguſtini regulam profitentur. Mendicãtes dicimur. Et Eremitæ

Iam verò quod ab Auguſtini Magni ſæculo, ea Religio Mendicantium nomen habere potuerit, ex Caſſaneo deducitur in Catalogo Gloriæ mundi *part 4. conſiderat. 71.* vbi inquit; *Et quod iſti Eremitæ Sancti Auguſtini ſint mendicantes, eſt textus.* Et ibi DD. *in Cap. vnic. § Ceterum De religioſis domib. in 6.* Ex Ludouico Romano in *Conſiderat. 235. & ex quadam conſuetudine, & præſcriptione longiſsimâ.* De iure etiam eſt communi Eremitarum eſſe ordinem, quia ſoli illi eo nomine intelliguntur.

Annui cenſus permiſſi

Et quamuis hac ætate annui redditus nobis in communi permittantur, non continuò mendicantium aut Eremitarum nominis iacturam facimus, iuxta legem. *Si domus. ff. De ſeruitutibus vrbanorum prædiorum: & Cap. Ex tuarum. De auctoritate & vſu pallij.* Tales enim nos habet *capitul. Quorundam, De electione.* Concilium etiam Tridentinum *ſeſsio. 25. Cap. 3.* huiuſmodi Cenſus poſſeſſionem in communi concedit.

Rigori eremitico moderamen adhibitum.

Adhæc vt, Reuerendiſſimus Pater Frater Hieronymus Neapolitanus in prologo conſtitutionum Illuſtriſſimi Seripandi notauit, grauiſſimi ac erudititiſſimi Patres, Thomas de Argentinâ, Gregorius ab Armino,

Ægidius

Ægidius Viterbienſis, Marianus Genezanus, vnà cum Ægidio Romano, Ambroſio Coriolano, & Anſelmo de Monte falco, Summorum Pontificum auctoritate, Ratiſbonenſes conſtitutiones temperarunt, quibus multa addidere, & detraxere multa, tum ob temporum & climatum varietatem, cùm etiam quia illa prima ſtatuta, habitantibus ad huc in Eremo fratribus ſancta fuerunt, quorum moderatio, euocatis ab Alexandro IV. ad vrbes, facta eſt. Qui quidem Pontifex anno ſeruatæ naturæ milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo, in Purpuratorum Patrum numerum adſciuit ex Eremitarum Sancti Auguſtini Ordine Fratrem Ancherium Francum, quem Petrus Rodulfius Boniſianenſis, in Fratrum Conuentualium Hiſtoriâ, in monaſterio Ciuitatenſi Theologiæ operam dediſſe inquit, vna cum Diuis Thoma Aquinate, & Bonauenturâ ex Diui Franciſci Ordine, qui etiam poſtea anno 1274. ad Cardinalatum aſſumptus eſt.

§. 3. CAP. X.

Variæ Diui Auguſtini apparitiones, & quales eæ fuerint.

ET quo firmiùs roboretur eum fuiſſe Diui Patris Auguſtini habitum & cin-

ctorium, quo nos inſtituti illius fratres vtimur: in eo etiam apparuit Innocentio Quarto Pontifici Maximo, vt teſtis eſt Diuus Antoninus, qui breuia Apoſtolica ad id nobis conceſſit anno 1244. vt monaſteria erigere poſſemus, ac Prælati plenam in ſubditos auctoritatem haberent: vniuerſa inſuper ferè Priuilegia, immunitates, exemptioneſq; dedit, quibus ſacra noſtra Religio gaudet, quam protegẽdam ſumpſit, & deinceps ſub ſedis Apoſtolicæ Diui Petri protectione & tutelâ eſſe voluit, præcepitq; vt Ordo Eremitarum S. Auguſtini vocaretur.

Auguſtinus viſus eſt in noſtro habitu ab Innocent. 4.

Ticini demum ac Toleti bis in eadem veſte apparuit, vniuerſo ſpectante populo & admirante: ſemel cum terrâ ſublimiorem eum viderunt, coram ſe locuſtas quæ Toletanam ditionem vaſtabant fugantem, quas omnes viſus eſt palàm in profluentem mergendas pellere: ac denuò ibidem, cùm Beati Auguſtinus & Stephanus ſepulturæ beneficium Gonſalo Ruyz Toletano, ab adſtante populo viſi ſunt impendere, prout illius opidi incolis notiſſimum eſt, qui ex veſte & zonâ quâ Auguſtinenſes vti videbantur, Auguſtinum eſſe dignouerunt: cum quâ etiam eum depingit Eccleſia, & recognoſcit, hiſtoriæq; aſſerunt: ex omni etiam hominum

Et à Toletano populo.

Habitus conformitas comprobata.

minum memoriâ, ex lege & ſcito publico, in eâ depictus exſtat Mediolani, Venetijs, & locis alijs compluribus.

Ex dictis ſequitur non mediocrem ignorantiæ notam contracturum, qui diceret Beatum Auguſtinum nigrâ veſte non vſum; nec ſine temeritate aſſereret eum nõ ſupercinctum fuiſſe zonâ coriaceâ. Induebatur enim veſte nigrâ Auguſtinus Philoſophorum Athenienſium more, priuſquam ſacrâ baptiſmatis lymphâ perfunderetur, quâ perfuſus, ad inſtar bene adfecti Chriſtiani, pœnitentiſque Religioſi, eremiticã veſtem atri etiam coloris, in monte Piſano, quò profectus erat, geſtare cæpit: ſic fert Petrarcha *Lib. 2. Cap. 5. Tractatu 3. De vitâ ſolitariâ.* Hoc enim colore paſſim grauitatem virilem, mundique contemptum profitebantur, vt ipſe ſubindicat ater color, iuxta Euſebium Cæſarienſem *Lib. 8. Cap. 21.* Diuum Hieronymum Epiſtola 16. & 26. & in vitâ Sanctæ Marcellæ, in libro etiam de Scriptoribus Eccleſiaſticis *Cap.* 33. Caſſianum *Lib.* 1. Petrum Venerabilem *Lib.* 5. *Cap.* 16. qui etiam Diuos Martinum & Paulinum habitum nigrum geſtaſſe inquit.

Et ante baptiſmum nigrâ veſte vtebatur Auguſtinus

Quid color ater ſignificet.

Hinc eſt quòd in *Lib.* Decretalium, Baſilienſes, Auguſtinenſes & Benedictini, mo-

nachi nigri nuncupentur, quamuis Diuus Gregorius in quodam Concilio quod ipſe coëgit, eo nomine ſolos Benedictinos vocitarit: primi etiam Eremitæ pallium pro pectore innexum geſtabant, capitaq; eorum & humeri cucullione ſeu capucio nigro tegebantur: ſic placet Diuo Anſelmo *Lib. de Similitudinib. Cap. 92.* Iordano *lib. 1. Cap. 14.* De vitis Fratrum, & Euſebio: & hoc colore atro vſos fuiſſe Eremitas quos Diuus Auguſtinus inſtituit, fatetur Sabellicus Enneade *7. lib. 9.* qui, & ipſo Sanctiſſimo Doctore & Præſule viuente, hos Eremitas deſerta incoluiſſe, ideoq; hoc nomine indigetari; eam qua vtebantur veſtem, ſimul & capucium atri coloris, ac ſupercinctos cinctorio pelliceo cum fibula ex oſſe nigro, capitibus raſos fuiſſe docet: quæ habitus ſpecies, noſtræ non abſimilis, omni loco & tempore illis propria fuit, ex quo à Vandalis Africâ pulſi fuere.

Apparuit in habitu noſtro Auguſt. D. Nicolao Tolentinati

In eo ipſo præterea habitu manifeſtauit ſe Beatiſſimus Pater Auguſtinus cum Beatiſſimâ Virgine, Diuo Nicolao Tolentinati, cùm ei panem in febrium quibus affligebatur medicinam dedit, vt teſtis eſt Sanctus Antoninus *Part. 3. Titulo 24. Cap. 10. §. 2. & 5.* Iordanus *Lib. 2. Cap. 13.* Vbi Diuus Nicolaus

Augu-

Auguſtinum Patris ſui nomine compellat.

Addit Signinus Antiſtes Ioſephus Pamphilus in Chronicis folio 69. quòd cùm Marchio Mantuanus, Liguribus, & Duce Mediolanenſi Galeaſo bello vrgentibus premeretur, priuſquam ſigna conferret, Diui Auguſtini patrocinium inuocarit, &, vt teſtis Bergomenſis in Apologiâ, ſacris Auguſtino ferijs, duplicem victoriam ex hoſte reportauit, cui etiam toties apparuit Auguſtinus in veſte nigrâ, zonâ ſuccinctus, in Epiſcopalis veſtis apparatu, capucio deſuperimpoſito, & mitrâ, quâ in ſpecie eius imaginem depingi, diemq; ei ſacrum decreuit. Qui cùm quotannis oblaturus magnâ ſuorum ſtipatus cateruâ, fratrum Auguſtinenſium monaſterium accederet, ægriùs ferentes Canonici Regulares, quòd deſeri viderentur, cùm non æquè illos accederet, hac de re apud ipſum conqueſti ſunt, cui querimoniæ ſatiſfaciens reſpondit, ſe ideo noſtros adire, quòd hi fratres ſint Sancti Auguſtini filij, in quorum habitu bis mihi apparuit, inquit, non in veſtro. In eo ipſo etiam habitu ſeſe oſtendit Petrarchæ, vt ipſe-met ait in *Libro De Secreto.*

Et Marchioni Mantuano.

Nec non etiam Petrarchæ.

Temerarium eſſe dicere Auguſtinum non geſtaſſe cinctorium è byrſâ factum, ex

com-

communi Eccleſię conſenſu probari poteſt, quæ huiuſmodi cingulum pro Auguſtini zonâ habuit, quam, vt talem, compluribus alijs religionibus quæ eam ferunt, conceſſit: ac in Diui Patris honorem & nominis illius reuerentiam, ei Pontifices indulgentias & Priuilegia conceſſerunt, vſque adeò vt Confraternitates ſuper eam erexerint: ſic fecit Gregorius XIII. Et Leo X. Iulius etiam II. quarti Ordinis Sancti Auguſtini religioſum declarãt eum Confratrem, qui ipſum ſolum S. Auguſtini cingulum geſtarit, in tantum, vt omnibus bonis ſpiritualibus quibus gaudent Religioſi, participare valeat.

Confraternitas Centuratorum, cui nouiſſimè indulgentias cõceſſit. Paulus V.

Tandem Alexander IV. Diuum Auguſtinum hanc ſanctam zonam geſtaſſe declarauit; &, vt dictum eſt, ſemper cum eâ, velut parte principali habitus ſui monachalis, ſeſe manifeſtauit: nam vt dicit Caſſianus *Lib. 1. Cap. 1.* & ex ſacrâ paginâ colligitur, zona ſemper in ſignum religionis, mortificationis ac pœnitentiæ adhibita fuit, ſumpta enim eſt in pelliũ memoriam, quibus Deus Adamum inueſtiuit; quam in ſignificationem vſi ſunt Elias, Diuus Ioannes Baptiſta, Beatiſſima virgo, Apoſtoli, ac omnes Eremi cultores, vt latè probatum relinquimus in libro Confraternitatis Centuratorum: quorum

Quæ zonæ ſignificatio.

omnium

omnium in nomine, vt potiorem habitus ſui partem; eam aſſumpſit Auguſtinus, quem propterea illius Dominum facit Eccleſia, quâ mediante, ſanctiſq; qui eam geſtarunt interuenientibus, plurima ſtupenda fecit Deus, vt in eius libro habetur.

Quin forte etiam Auguſtinus, eam habitus & zonę formam, ab ordinariâ Beatiſſimę Virginis Mariæ veſte accepit: apparuit enim Beatæ Monychæ (teſte Bergomenſi in eius vitâ) Beatiſſima virgo, in eâ habitus nigri forma, zonâ ſupercinctâ coriaceâ, dicens, Filia, en veſtem quam geſtaui, hanc vt geſtes volo, quam viſionem Monycha filio ſuo ſignificauit. At illa actutũ ſe eo amictu, zonâque ſuperinduit, quâ veſtis formâ vſa eſt ipſa & Sancta Perpetua eius filia, aliæque moniales quæ cum eâ conuenerant. Fidem huiuſce rei facit, quòd certiſſimum Beatiſſimam virginem, veſtibus è lanâ nigrâ albæ permixtâ vſam fuiſſe, & cingulo, qui grauis, religioſuſq; habitus cenſebatur. Vnde fieri potuit, vt huiuſmodi rationibus motus, eam habitus ſpeciem zonamq; ſibi ſuiſq; filijs delegerit Auguſtinus, quam nos à primâ noſtrâ inſtitutione cum nominis appellatione tenuimus, nec interrupta aliquando, aut abolita fuit.

Habitus ſui formam à B. Virgine accepiſſe creditur.

Beatæ virginis apparitio.

Quin-

Ordinis Eremitici fecunditas.

Quinimò ſuâ diuinâ prouidentiâ, ex Magni Patris Auguſtini meritis, hāc ſacram Religionem illuſtrauit Deus, ceu ſtellas ſolis radijs: & fœcundo gratiæ ſuæ rore mediante, in eâ excitauit Concionatores excellentiſſimos, & omni literaturâ inſignes viros, qui, ceu ſurculi radicē à quâ procedunt referrent. Et quia, iuxta Doctorem Gentium Paulum, radix ſancta ſanctos habet ramos: ita eam viris ſanctiſſimis, & miraculorum gloriâ inſignibus locupletauit Deus: habet enim ſupra centum qui in Sanctorum numerum ſunt relati, & innumeros ferè Beatos, qui referēdi, vt in eorum catalogo clarè videbitur; & in Centuriatorū libro habētur.

Ioannes Saguntinus eremita.

Noſtro etiam ſæculo fertilis illius radicis fructus experimur: Salmanticæ enim Beati Ioannis Saguntini corpus habemus, quem multis coruſcum miraculis, ipſa ciuitas, cum Academiâ in Patronum ſuum tutelarem delegit; nos etiam natalem eius diem celebramus, qui primùm in Diui Bartholomæi illuſtriſſimo, antiquiſſimoq; Còllegio collega, vniuerſitatis ſacræ paginæ profeſſor, vt inquit Marieta, ac poſtea Eremita Auguſtinenſis fuit.

Eſt & Valentiæ in Sancto Auguſtino corpus Prælati vndequaque abſolutiſſimi, & in pau-

pauperes charitatis inauditæ Fratris Thomæ à Villa-noua Archiepiſcopi, qui cùm maioris Collegij Complutenſis Collegialis, & Sacræ Theologiæ in eadem Academiâ profeſſor fuiſſet, poſtea Eremita Auguſtinenſis factus eſt. Noui ipſe noui tantæ ſanctitatis Religioſos, vt in morte ſuâ ciuitates & opida, in quibus vitâ fungebantur, planè commouerint, quò ſibi honos & reuerentia, ceu ſanctis, deferretur: è quibus prodeant Reuerendus Pater Oroſco, qui Madritenſes omnes in ſui amorem & reuerentiam concitauit; Pater Logragnus qui Duennates, Pater Porterus, qui Toletanos: Pater Hieronymus Ortiz, qui Pintiam omnem: & in Indijs tres nominatiſſimi, cum pleriſque alijs, de quibus in Hiſtoriâ.

F I N I S.

CENSVRA.

Hanc Inſtitutionis Eremitarum S. Auguſtini Epitomen, ex Hiſpanico in Latinum idioma fideliter tranſlatam, vt piam & deuotam; ita dignam iudico, quæ ad Religioſi iſtius ordinis antiquitatem, & celebritatem paſsim diuulgandam, prælo committatur.

LAVRENTIVS BEYERLINCK
S. Theol. Licent. Canon. & Cenſor Antuerp.